

Bu der  
Öffentlichen Prüfung

sämtlicher Classen

des fürstl. Gymnasiums und der damit verbundenen Realschule

am 30. und 31. März 1852

lade ergebenst ein

Dr. Karl Wilhelm Müller.

Insuit: Commentaria Junilii Flagrii, T. Galli et Gaudentii in Virgili eclogas et georgicorum libros, nunc  
primum ex codice Bernensi edita a Carolo Guilielmo Müllerio, Thuringo, phil. Dr., AA. LL. M.,  
Professore et Gymnasii Fridericiani Directore; parvulum secunda.  
Annales Gymnasii ab eodem conscripti.

(RECAR)

2945  
828  
2  
PT. 2

Rudolstadt 1852.

Gedruckt mit Groebel'schen

ten.

# Ordnung der am 30. u. 31. März stattfindenden Prüfungen.

## Dienstag.

8—8½ Gesang und Gebet aller Clasen.

### Prima.

- 8½—9 Sophokles, der Director.  
9—9½ Tacit. Annal., Prof. Obbarius.  
10—10½ Geschichte, Prof. Klusmann.  
10½—11½ Mathematik, Collab. Regensburger.

### Secunda.

- 11½—12 Hebräisch, Prof. Wächter.  
2—2½ Homers Odyssee, der Director.  
2½—3½ Virgils Elogen, Prof. Obbarius.  
3½—4½ Mathematik, Collab. Regensburger.  
4—5 Französisch, der Director.

### Realschule. Erste Classe.

- 8½—9 Chemie, Dr. Sigismund.  
9—9½ Geographie, Collab. Regensburger.  
10—10½ Englisch, Dr. Sigismund.  
10½—11 Deutsch, Dr. Hörcher.  
11—11½ Geometrie, Dr. Sigismund.

### Erste und zweite Classe.

- 2—2½ Geschichte, Dr. Hörcher.

### Zweite Classe.

- 2½—3½ Arithmetik, Collab. Regensburger.  
3½—4 Naturgeschichte, Dr. Sigismund.  
4—4½ Lateinisch, Dr. Hörcher.

## Mittwoch.

### Prima.

- 7—8 Latein. Extemporale, der Director.

### Tertia.

- 8—9 Ovids Verwandlungen, Prof. Klusmann.  
1—9½ Mathematik, Collab. Regensburger.  
1—10½ Jacobo Utifa, Prof. Klusmann.  
1½—11½ Geographie, Dr. Hörcher.  
1—12 Französisch, Prof. Wächter.

### Quarta.

- 2—2½ Lateinisch, Dr. Hörcher.  
2½—3½ Mathematik, Collab. Regensburger.  
3½—4½ Griechisch, Dr. Hörcher.

### Quarta und Quinta.

- 4—4½ Geographie, Dr. Hörcher.  
4½—5½ Geschichte, Prof. Klusmann.

### Quinta.

- 5½—6 Lateinisch, Dr. Hörcher.

Zum Schluß der Prüfungen wird Sonnabend, den 3. April früh 9 Uhr im Gymnasium eine Redefreiheit stattfinden, bei welcher der Professor Dr. Obbarius die Einleitungrede halten und die Abienten Albert Wiemann, Ernst Reinhard und Adolf Schwarz, die beiden ersten deutschen, der letzte aber deutsche selbstgedichtete Verse vortragen werden. Ueberdies werden zwei Secundaner ein Lerrianer Gedicht neuerer deutscher Dichter recitiren. Zu diesem Examen und der Redefreiheit ist das hohe Ministerium, die sämmtlichen Behörden des Fürstenthums und der Stadt, die Eltern, Väter und Verwandten unserer Schüler und alle Freunde und Gönner des Gymnasiums ganz ergebenst ein

der Director Dr. A. W. Müller.

Schrift

**S**i Iunilii Flagrii, T. Galli et Gaudentii in Virgilii eclogas et georgicorum libros commentariorum in editorum, quos e codice Bernensi 172. descripsi, nunc secundam partem publicandam curabo, puto fore, ut plerique hoc conatum et incepsum non vituperent. Nam etsi negari non potest, multa iis contineri inepta et insulsa, ut tota fere illa carmina Virgilii allegorice eo modo interpretandi ratio, quo ab his grammaticis factum est; tamen etiam concedere debemus, specimen perbonum hos commentarios praebere, quo modo Virgilii carmina medio aeo grammatici interpretati sint, et nonnulla lectu digna in iis inveniri. Qua de causa sagaces harum rerum iudices et publice in ephemeredibus litterariis et epistolis mihi scriptis eam mihi provinciam dederunt, ut quam primum hos commentarios edam. Quum mihi igitur nunc occasio oblata sit annalibus gymnasii Fridericiani ad artes liberales spectantia nonnulla adiiciendi, ante hos quinque annos inceptos commentarios edendos esse duxi, et iam ab allegorica interpretatione, quae legentibus in quoque fere versu eclogarum obtruditur, et raro tantum turbotos ea ad veram poetae sententiam adire patitur, — ut ipsis grammaticorum verbis ad eclog. VIII. vs. 32. indicatur: „difficile est, per singula allegoria unam servari; inde considerandum, utrum per singula sit inquirenda allegoria, annon, et utrum diversa allegoria in iisdem personis per diversa loca,“ — ad meliorem et doctiorem interpretationem georgicorum librorum me verto.

(RECAP)  
2/94  
✓ ✓ ✓  
✓

## Ad eclog. VIII.

Haec ecloga in honorem Asinii Pollionis, vel filii eius Salonini scripta est, ut aiunt<sup>1)</sup>, et allegorice Caesaris. In hac ecloga personae duae veterum pastorum historialiter intimandae sunt. Hoc genus carminis κοινόν vel μικτόν dicunt<sup>2)</sup>. Haec ecloga γαμακίς<sup>3)</sup> appellatur, nam duae personae introducuntur Damonis et Aphesiboei, qui repudiatorum amores narrant. Damon amissam queritur<sup>4)</sup> uxorem, Aphesiboeus eius mulieris refert actus, quae viro alii dedita fuerat; Damon queritur, Aphesiboeus remedia agit; ille iustum amorem contemptum et sordidum appetitum canit, hic venifica excurrit amoris alterius, quibus iustum amorem nimirum disrumpere; Damon pueram, Aphesiboeus puerum amat. IUNILIUS dicit. — Haec ecloga in pari numero epigrammatum gaudet. Haec ecloga proprie βουζολάκην<sup>5)</sup>. Haec ecloga sive in Hispania sive in Gallia canitur et in agro canitur, ut: *inmemor herbarum quos est mirata iuvenca*. IUNILIUS dicit. — Allegorice Damon, id est Cornificius, poëta Antonii, amissam queritur<sup>6)</sup> Mantuanam sub nomine Nisae; Aphesiboeus, qui est<sup>7)</sup> Virgilius, sub nomine Daphnidis Augustum insinuat. —

Vs. 1. *Musam Damonis et Alphesiboei dicemus.* — *Damonis*, Cornificii, *Alphesiboei*, Virgili; poëta autem Virgilius, quasi de alio narrans sic incipit dicens: *pastorum Musam et reliqua. Musam pro carmine. Musam Damonis et Alphesiboei id est carmen suum et Cornificii sub nominibus pastorum.*

Vs. 2. *Inmemor, oblita, herbarum, pastus.* — *Iuvenca* pro armentis posuit. Mira incrementa varietatis iuvenca.

Vs. 3. *Linceos, lupi cervarioli<sup>8)</sup>.* Linceos ferae Liberi patris sacris dedicatae, pantheris similes, caudas tamen graciles habent. — *Linceos pro omnibus feris.*

Vs. 4. *Et mutata, id est natura mutantia<sup>9)</sup>.* — *Flumina pro carminum dulcedine, sed allegorice pro auditoribus accipi potest.* —

Vs. 5. *Dicemus, repetemus.*

Vs. 6. *Tu mihi seu magni superas et reliqua.* Asinium Pollionem petit Saloniitarum victorem, qui proprie non minus poëticæ, quam oratoriae, vel imperatoriae laudis avidus fuit; nam et multa carmina et varia poëma scripsit, unde est illud: *sola Sophocleo et reliqua.* Huic post victimum Antonium apud<sup>10)</sup> Perusiam successor datus est Alphenius Varus, qui iratus Mantuanis agros eorum parti Cremonensem<sup>11)</sup> iunxit<sup>12)</sup>. Causa autem iracundiae haec fuit. Octavius Musa enim, *civis<sup>13)</sup>* Mantuanus idemque magistratus, cum tributum<sup>14)</sup> ab Augusto fuisset indictum, pecora Vari capta pignori tamdiu in foro clausa tenuit, (nam Varus possessor Mantuanus erat,) donec inedia<sup>15)</sup> morerentur, unde molestiam Mantuanis super amittendis agris intulit Varus; Virgilio tamen peperit, quoniam condiscipulus eius fuerat. Eiusdem autem Vari est Tragoedie Thyestes omnibus tragicis praeferenda; aliud nihil eius legitur. Thyestes nomen artis. IUNILIUS dicit. — *Tu mihi et reliqua.* Allegorice Virgilius tangit Caesarem Octavianum navigantem in Illyricum<sup>16)</sup>. *Superas, transgredederis. Timavi, locus,* in quo Antenor condidit civitatem. Timavus, flumen de Rhapaeis montibus oriens<sup>17)</sup>, inter Asiam et Europam serpens Maeotidas paludes auget; vel Timavus fluvius est Venetiae magno fonte exoriens<sup>18)</sup>.

Vs. 7. *Oram, litus; Illyrici, Adriatici; legis, consideras, vel praeteris, vel legis per Liburnas navigans; aequoris, maris. En erit optantis vox est. En erit unquam ille dies mihi cum liceat, id est: utinam mihi liceat tua facta meis carminibus digne exponi.* Illic Pollionem vel Caesarem allegorice adulatur<sup>19)</sup> et optat, ut praesente Caesare vel Polione posset eorum facta canere. —

1) Cod.: *scripta sit aiunt.* 2) Cod.: *cenon vel mixton dict.* 3) Cod.: *parmacies.*  
 4) Cod.: *querit.* 5) Cod.: *propria baculicon.* 6) Cod.: *querit.* 7) Cod.: *qui et.* 8) A Plinio  
*lupi cervarii nominantur.* 9) Sic in Cod. Fortasse legendum: *naturam mutantia.* 10) Cod.: *apud.*  
 11) Cod.: *crimonensem.* 12) Cod.: *iunxit.* 13) Cod.: *cives.* 14) Cod.: *tritunum.* 15) Cod.:  
*media.* 16) Cod.: *yllicum.* 17) Cod.: *horiens.* 18) Cod.: *exhoriens.* 19) Cod.: *addatur.*

Vs. 8. *Tua dicere facta, expugnations urbium et bella.*

Vs. 9. *En erit, optantis vox. Ut liceat eadem repetit. — Totum ferre per orbem,*  
id est divulgare<sup>20)</sup> per orbem.

Vs. 10. *Sola Sophocleo, id est sola tua carmina possunt aequari carminibus, quae Sophocles compositi; is<sup>21)</sup> enim primus tragicum scriptis, eximiae gravitatis habitus, et ideo Pollio etiam huic comparat, quia scripsit Pollio tragicum in<sup>22)</sup> illo tempore, sed Cornelius<sup>23)</sup> Gallus potest existimari. Digna, similia; sola digna, hoc est, nullus dignus honore Sophoclis, nisi tu. — Cothurno. Est cothurnus genus vestis praeclarissimi hominis id est vel genus calcamenti utriusque pedi conveniens. Cothurno,<sup>24)</sup> carminis, pro altitudine carminis posuit; est proprius genus calcamenti<sup>25)</sup>, quo tragoidi utuntur.*

Vs. 11. *A te, Pollio. A te principium, hyperbolice loquitur. Accipe, subauditum digne. — A te principium, tibi desinet, id est: nemo ante te tragicum scriptis, nec post te scripturus erit<sup>26)</sup>. Utrumque dignitatis est, cum dicit a te<sup>27)</sup> initium et a te finis. Accipe iussus, patet, quia aut a Caesare, aut a Pollio iussus est hanc eclogam scribere. — Accipe iussis carmina coepita tuis. Sic loquitur, quasi a Pollio iussus sit ista scribere, quod factum non est; sed hic sensus est: accipe iussis carmina coepita tuis, ut desit digne, hoc est, quis eris<sup>28)</sup> ab agris meis recede, et haec in te carmina digne scribam. —*

Vs. 12. *Atque hanc hederam<sup>29)</sup>, id est hanc eclogam. Sine, verbum, id est admette<sup>30)</sup> inter tuos<sup>31)</sup> triumphos aut tragedias et meum poëma.*

Vs. 13. *Inter victrices et reliqua. Asinum Pollionem significat, qui et poëta fuit, sed quoniam Salones devicerat, ultraque corona dignus fuit, lauro<sup>32)</sup> vitor, hedera<sup>33)</sup> poëta, ut Pollio et ipse facil nora carmina. IUNIUS dicit. Hederam, allegorice hoc carmen; inter lauros, triumphos, quia sic<sup>34)</sup> ad Pollionem et ad Caesarem allegorice dicit. — Victrices lauros, quia victores lauro coronabantur. Serpere id est humiliiter vel molliter procedere; est autem sensus: permittit, o Auguste, vel Pollio, inter laudes triumphorum tuorum meum carmen adesse. Hacuseque praefatio poëtae de se; nunc incipit Damonis texere carmen, quem Cornificium vult esse. Inter victrices hederam<sup>35)</sup> et reliqua. Quoniam solent poëtae coronas hederae habere, quia pallida est, et qui versificantur pallidi sunt, et victores lauro in certaminibus coronantur, quod Asinio Pollio convenit, qui versificus fuit et inter Dalmatas triumphavit.*

Vs. 14. *Frigida vix caelo et reliqua. Quando nox finita<sup>36)</sup> est, mane prorumpet. Nunc poëta locum tempusque designat. — Frigida vix caelo et reliqua. Poëta adhuc loquitur tempus locumque designans, ac si diceret: cum aliorum opera quasi inmissa luce florescent, tunc me de amissa coniuge tenebrae invaserunt. —*

Vs. 15. *Cum ros in tenera herba, subaudi deciderat. — Cum ros in tenera et reliqua. Allegorice latitudinem triumphi significat. —*

Vs. 16. *Incubens, quasi pro tristitia per se consistere non valens. Teriti, rotundae. Olivae, arbori vel baculo ex oliva ut pastor. — Damon. Poëta de se dicit. Sic coepit olirae, huc usque<sup>37)</sup> tempus et locus. —*

V. 17. Nasco et nascor. *Nascere, oriri diem desiderat. Praeque diem veniens, ut ante diem veniens, aut diem praeveniens, cito. — Nascere et reliqua. Allegorice: frucre incunditata tua, dum ego moerore consumor, o Caesar. Age Lucifer. Loquitur autem ad Luciferum, quam stellam<sup>38)</sup> Veneris dicunt, a qua putabant amorem dari. — Age, adduc, vehe, metire<sup>39)</sup> diei tempora. Alnum, lucidum. Almus tria genera significat, ut lux alma,*

20) Cod.: devulgare. 21) Cod.: his. 22) Cod.: tragicum. in. 23) Cod.: Cornelius. 24) Cod.: calcamenti utroque pedi convenient quoturno. 25) Cod.: era. 26) Cod.: dicit ante. 27) Hoc loco nonnulla excidisse videntur, vel scribendum est: quisquis es. 28) Cod.: ederam. 29) Cod.: dimitte. 30) Cod.: duo. 31) Cod.: laurum. 32) Cod.: hederam. 33) Cod.: si. 34) Cod.: herbæ. 35) Cod.: facta. 36) Cod.: hic usque. 37) Cod.: stella. 38) Cod.: vehementis.

id est candida, et parturit almus ager, id est fertilis, et alma parenti, id est sancta. IUNILIUS dicit.

Vs. 18. *Indigno*, inpari. *Coniugis indigno* et reliqua, amatiora vox est, quia a <sup>49)</sup> sua uxore destitutus. — *Indigno*, id est magno, ut *indignas hiemes*<sup>49)</sup>, id est magnas. IUNILIUS dicit. Ex indigno amore, id est inpari, possumus<sup>41)</sup> conicere dignum amorem, id est parem. *Deceptus*, ego. —

Vs. 19. *Queror, adloquor; dum queror, dum querelas*<sup>42)</sup> facio, ut IUNILIUS dicit. — *Diro*, allegorice Caesar, vel Pollio.

Vs. 20. *Extrema vitae meae, scilicet moriens pro asperitate exilii et amoris.*

Vs. 21. *Incipe Maenalius*. Maenalum<sup>43)</sup> eiusque lucos laudat et frequentiam pastorum canentium<sup>44)</sup>; versus Maenalius vocat. IUNILIUS dicit. Hi<sup>45)</sup> versus calares dicuntur, quia subinde repetuntur, et ornatus causa per schema hoc facitur<sup>46)</sup>. GAUDENTIUS dicit. *Tibia* stipula, vel tibia id est calami. — *Maenalius*, Arcadios, hoc est a Maenalo, monte<sup>47)</sup> Arcadiae. Hic sensus est: ut sic possim auorem cantare, quasi Pan in Arcadia Nympham cantavit, ut praediximus in secunda elegia, et hic metalepsis<sup>48)</sup> est, et ideo tropice vult Pana intellegi, quia ipse est inventor fistulae pastoralis. —

Vs. 22. *Argulum, stridulum*<sup>49)</sup> ex iteratione resonantis reciproce vocis, id est echo. — *Argulum nemus*, a vento motum. *Pinosque loquentes* pro Musis posuit. *Pinos*, allegorice poetas plurimos semper habet. —

V. 23. *Pastorum*, id est Apollinis vel aliorum. *Amores*, querelas<sup>50)</sup>.

Vs. 24. *Panaque*, accusativus est, id est pinosque loquentes et Pana<sup>51)</sup> habet. *Non passus*, id est: non passum calamos esse inceris. — *Inertes*<sup>52)</sup>, tacentes, sine cantu, vel inhabiles, vel non canoros.

Vs. 26. *Mopso*, indigno homini. *Nisa*, uxor. Hoc pastor dicit de pastore, cui sua coniux nupsit. *Mopso Nisa datur*. Nunc adnotatio incipit usque ad finem<sup>53)</sup>. Indignatur enim Nisam Mopso datam et se spretum. IUNILIUS dicit. *Quid non speremus amantes* i. e. quando hoc contigit, nihil est, quod fieri non possit. *Quid non speremus amantes*, quia in amore est semper sperare, id est, quid est, quod<sup>54)</sup> non semper sperare debemus. —

*Mopso Nisa datur*, hoc est pastor uxorem suam pastori alii datam indignatur. *Mopsus* Atticus vates fuit, *Nisa*, locus in Asia, et inde alio ingenio per poetas intellegendum est. *Mopso* allegorice Theocrito<sup>55)</sup> vel Ario centurioni. *Nisa*, ager Virgilii, vel Cornificius de Virgilio dicit, cui Mantua vel agri redditur. *Quid non speremus et reliqua*. Allegorice, quare non habemus fiduciam, ut nobis reddantur agri, cum eis, qui simile aliud fecerunt, redditii sint. —

V. 27. *Iungentur iam gryphes*<sup>56)</sup> equis. Haec contra naturam sunt<sup>57)</sup>. Gryphes aves feræ<sup>58)</sup>, quæ sunt in Scythia, vel animal, quod in Hyperboræis locis nascitur, semper equos affectans, sed ad nocendum, quod rostrum habet et penas quatuor pedes, imago leonis, caput aquilinum et ungues; hoc est, sicut haec contra naturam sunt, sic contra veritatem Mopso Nisa datur. — *Gryphes*<sup>59)</sup> animal est in Hyperboræis montibus simile leoni, alas habens et rostrum in similitudine aquilæ, equis inimicissimum.

Vs. 28. *Cum canibus* et reliqua, quod est contra naturam. *Timidi pro timidae*; mutavit<sup>60)</sup> genus, ut in georgicis<sup>61)</sup>: *capti talpæ*. — *Damae*<sup>62)</sup>, genus animantium, id est caprae. —

Vs. 29. *Mopse novas incide faces*. Incide, scinde; faces incidere iubetur, quia scilicet nuptiae ad faciem deducebantur. *Tibi ducitur*<sup>63)</sup> uxor, pro eo, quod est: a te ducitur<sup>64)</sup>.

39) Cod.: ad. 40) Vid. Virgil. Georg. II, 373. 41) Cod.: possimus. 42) Cod.: querellas.

43) Cod.: Maenalius. 44) Cod.: canentiā. 45) Cod.: hīi. 46) Sic cod. 47) Cod.: amando montem.

48) Cod.: metalepsis. 49) Cod.: stridulum. 50) Cod.: querellas. 51) Cod.: pan. 52) Cod.: inertes. 53) Ad Georgic. II, 70, haec adscripta sunt: Heu, heu! tractatus de est ab hoc loco usque ad ingens. 54) Cod.: quidem quod. 55) Cod.: tehocrito. 56) Cod. fere semper: grifæ. 57) Cod.: fiant. 58) Cod.: aveferse. 59) Cod.: Grippes. 60) Cod.: mutabit. 61) Georg. I, 183. 62) Cod.: damme. 63) Cod.: dicitur.

Dativus enim pro ablativo positus est. — *Mopse novas incide faces*, allegorice ad Virgilium respicit. *Tibi ducitur*<sup>43)</sup> uxor, inlicita, superstite eius viro.

Vs. 30. *Sparge marite nuces*. Ita enim primo factum est, quando Iuno Iovi iuncta est, ut Homerus, et abhinc apud antiquos moris fuit in nuptiis nuces spargere propter beneficia. *Sparge marite nuces*, Virgilio para laetitiam. *Tibi deserit*, in tuum honorem incipit. **Hesperus**, stella, id est nox adest. *Oetam*, mons Thessaliae, unde Hesperus oritur, id est vesper. — *Sparge marite nuces*, id est: desine iam nucibus ludere, sive quia mos erat in nuptiis nuces spargere<sup>44)</sup>). *Tibi deserit Hesperus Oetam*<sup>45)</sup> id est dum occidit<sup>46)</sup> Hesperus tibi, relinquit Oetam montem Thessaliae tuis utilitatibus, nox supervenit; vel tibi deserit, sicut alii volunt, oriendo; Hesperus enim et Lucifer idem esse dicitur, dicitur autem Hesperus graece, latine Vesper. —

Vs. 32. *O digno coniuncta viro*. Per ironiam dicit hoc deridendo vel antiquo vocabulo. *Dum despicias omnes*; dum enim ipse despiciatur, omnes despici pulat. — Difficile est per singula<sup>47)</sup> allegoriam unam servari; inde considerandum, utrum per singula sit inquirendae allegoria, annon, et utrum diversa allegoria in iisdem<sup>48)</sup> personis per diversa loca. —

Vs. 33. *Dumque tibi est odio mea fistula*, id est meum carmen. — *Fistula*, rusticum carmen sive studium humile, id est patrimonium. — *Dumque capellae sunt*; capellae, humile patrimonium.

Vs. 34. *Hirsutum*, pilis hispidum. *Promissa barba*, pendens, vel inculta.

Vs. 35. *Nec curare deum credis mortalia quemquam*. Deum pro deorum posuit; dicit hoc minando, id est: non putas, quod diu talia considerant. — *Nec curare deum credis mortalia quemquam*. Nisi virum istum; sunt enim alii, qui non credunt esse deos.

V. 37. *Sepibus in nostris*. Non semper superba fuisti. *Parcam*, exprobaret veteres suos amores et incongrue dicit se contemptum. Maior iniuria<sup>49)</sup> hic apparet, cum ab infancia secum fuit. **IUNIUS** dicit. — *Sepibus in nostris*, vel circa sepes, vel prima coniunctione amoris, vel in nostra vicinia, quae est maior iniuria, veteres etenim eidem amores exprobrat. *Roscida*, rorem habentia. —

Vs. 38. *Dux ego vester eram*, ego vobis ducatum regebam vel praecedebam<sup>50)</sup> vos. Allegorico *capras*<sup>51)</sup> suas alloquitur. — *Legentem*, colligentem vel deliciosa. —

Vs. 39. *Tum me iam acceperat*, quando convenimus<sup>52)</sup>.

Vs. 40. *Fragiles*, flexibles. *Iam fragiles poteram*, tunc ego juvenis eram. —

Vs. 41. *Ut vidi*, mox, statim. *Ut perii*, id est valde. *Ut me*, idem, quemadmodum. **Malus abstulit error**, quia inpar amor et non reciprocus. — *Ut vidi, ut perii*, id est: mox, ut te vidi, amore tuo elangui. *Malus error*. Ex malo errore bonum errorem concinimus. *Malus error*, id est malus amor; putavi enim, quod mea esses, et non amasti, sed in despactum me habes.

Vs. 43. *Nunc scio*. Hoc definitionem amoris ponit. *Nunc scio, quid sit amor*, quam durus, vel quare tam durus. *Duris*, hoc non de nobis, sed de duris; dura, quae non molliuntur, generantur. *Cotibus*, saxis. Cotis fit diminutive coticula. —

Vs. 44. *Aut Tmarus aut Rhodope edit*, Tmarus et Rhodope, montes Thraciae, pro habitatoribus dicit. *Aut extremi Garamantes*. Populi Africæ in extremo mundi constituti. Apud<sup>53)</sup> eosdem autem Garamantes coniugia sine defectu<sup>54)</sup> haberet Ethlanius in chorographia<sup>55)</sup> testatur. — *Aut extremi Garamantes* id est populi Africæ, apud quos dicuntur coniugia sine defectu haberet. —

Vs. 45. *Nec generis nostri nec sanguinis*. Non ex nostris elementis generant id est, non ex nostro sanguine nascitur. *Nec generis nostri*, mire<sup>56)</sup> quasi ex homine natus sit amor; inhumanum magis quam<sup>57)</sup> ut ex dea natum et potentem dixit. *Puerum*, id est

<sup>43)</sup> Cod.: dicitur. <sup>44)</sup> Cod.: aspargere. <sup>45)</sup> Cod.: oectam. Praeterea fere ubique in hac annotatione scribitur Oetha. <sup>46)</sup> Cod.: occiditur. <sup>47)</sup> Cod.: singulam. <sup>48)</sup> Cod.: in iisdem. <sup>49)</sup> Cod.: iniuria, hic cett. <sup>50)</sup> Cod.: praecedebam. <sup>51)</sup> Cod.: capra suas. <sup>52)</sup> Cod.: convenientius. <sup>53)</sup> Cod.: apud. <sup>54)</sup> Cod.: intellectu. <sup>55)</sup> Cod.: intorograsia. <sup>56)</sup> Cod.: mirae. <sup>57)</sup> Cod.: quem.

Cupidinem, quem et Amorem vocant. *Nec generis nostri puerum*, id est, non de nobis, sed de duris rebus et quae non moluntur generatur amor. *Edunt*, generant.

Vs. 47. *Saevis amor docuit natorum sanguine matrem*. Incertum, quam matrem dicit, plures enim hoc vocabulo<sup>78)</sup> dignae sunt; nam et Procne, Terei uxor, ab amore Terei filium suum interfecit, et Medea suos filios propter Iasonem interfecit; sed magis hanc dixisse accipendum, quae damno communis sobolis maritum Iasoneum affectit. *IUNIUS* dicit. — *Matrem*, Procnen<sup>79)</sup> vel Medeam.

Vs. 49. *Crudelis* et reliqua, interrogative. *Mater*, Medea, Aeetae filia, regis Colchorum. *Puer*, amor. *Inprobus*, inopportunus. — *Crudelis mater*, Medea, Aeetae filia. — *Ille*, Iason, qui mortem filiorum petierat. Sensus est: sic me amor docet inepta facere. — *Ille puer*, id est Iason, cuius illa amore compulsa est filios interficere, vel puer inprobus Amor, qui tale facinus adverxit. —

Vs. 50. *Crudelis tu quoque mater*, omnia haec ad amorem referuntur crudelem.

V. 52. *Nunc et ovis* et reliqua. Contrariis miscet adversa, quibus iniquam coniunctionem Nisea ostendat et Mopsi et se despctum<sup>80)</sup> esse convenienter probat. *IUNIUS* dicit. — *Fugiat*, imperative<sup>81)</sup>, vel interrogative. *Nunc et ovis*. *Nunc*, inquit<sup>82)</sup>, fiat, quicquid contra rerum est naturam. Sensus est quicquid....<sup>83)</sup>.

Vs. 53. *Mala*. Fit melum et malum, ut *melum crebra decerpere manu*. — *Narciso*, genus floris. *Floreat*, imperative. —

Vs. 54. *Sudent*, imperative. *Electra*, succinum. *Myricae*, genus arboris medicae. — *Electra*, gemmae succinae<sup>84)</sup>, quod genus vitis est, cui vis et<sup>85)</sup> nomen talenti est de auro et argento conflati.

Vs. 55. *Certent*, imperative. *Cicnis*, cicnus a canendo. — *Ululae*, aves de ululatu dictae, cuius diminutivum est *ullucus*, sicut Itali dicunt, quam avem Galli *cavan* nuncupant<sup>86)</sup>. Ulula autem dicta est a sono propriei vocis. *Sit Tityrus Orpheus*. Talis poëta, qualis Orpheus, sit Tityrus. *Sit Tityrus Orpheus in silvis*, hic anadiplosis. *Sit Tityrus Orpheus*. Tityrus velut Orpheus polleat in carmine, Orpheus enim dicitur cithara silvas et saxa movisse.

Vs. 56. *Orpheus in silvis*, quasi inter pastores<sup>87)</sup>. *Inter delphinias Arion*. Arion poëta summus et citharoedus Methymnaeus natione ab agone recedens in piratas<sup>88)</sup> incidit et intravit, ut sibi eodem habitu, quo in scena introire adsuesset<sup>89)</sup>, canere licaret, et cantu cum delphinias adlucisset, in mare se præcipitavit exceptusque ab eis in terram perlatu est; sic et Phineus. *IUNIUS* dicit. — *Inter delphinias Arion*, quod tameu factum est, sed pro miraculo. Tityrus velut Arion polleat in carmine; dicitur enim Arion cantu<sup>90)</sup> citharae delphinias advocasse.

Vs. 58. *Omnia vel medium fiat mare*. Prius diluvium optat, deinde vel medietatem mundi perire, et omnia, inquit<sup>91)</sup>, confundantur; satius enim mihi mori, quam haec perpeti.

— *Omnia* etiam profundum. *Omnia vel medium fiat mare*. Prius optavit omnia, deinde vel medietatem perire. Sunt enim insaniens verba præ amore vel indignantis. *Vivite, id est valete*. —

Vs. 59. *Praecepis aërii*, id est de specula alti montis præceps in undas deferat. — *Aërii*, excelsi. *Specula de montis*, de scopulo eminenti. —

Vs. 60. *Deferat*, optativo modo. *Deferat ad mortem*. *Extremum hoc munus*, mortem meam, ut ne moritura tenet crudeli funere *Dido*, id est: si vis mori. — *Morientis habet*, uxor Nisa, vel Mantua.

Vs. 61. *Desine* i. e. fit finis carminis et vitae, vel carminis fac finem, sicut et vitae. — *Desine*. Petit a Musis, ut desinerent<sup>92)</sup>, quia postulata non procedebant. —

<sup>78)</sup> Cod.: iucabulo. <sup>79)</sup> Cod.: prognem. <sup>80)</sup> Cod.: dispectum. <sup>81)</sup> Cod.: imperativa. <sup>82)</sup> Cod.: inquit. <sup>83)</sup> Nonnulla h. l. deunt. <sup>84)</sup> Cod.: succine. <sup>85)</sup> Cod.: quam ius. <sup>86)</sup> Cod.: emal nū. <sup>87)</sup> Cod.: quasi pastorem. <sup>88)</sup> Cod.: pyrata. <sup>89)</sup> Cod.: adsuisset. <sup>90)</sup> Cod.: antu. <sup>91)</sup> Cod.: inquit. <sup>92)</sup> Cod.: desineret.

Vs. 62. *Haec Damon.* Poëtae verbum, quasi dixisset haec in persona eius<sup>93</sup>). — *Vos quae responderit Alphesiboeus*, quae nunc dicet. —

Vs. 63. *Dicite, insinuate*, quae possim sub persona mea de eo cantare. *Pierides.* Invocat Musas, invocatis namque Musis incrementum carmini suo tribuit. — *Omnia, similia possumus, nisi vos adiuvelis.* *Nom omnia possumus omnes*, sicut et *Cicero dixit<sup>94</sup>*: *pauci unum possunt<sup>95</sup>*, utrumque nemo. —

Vs. 64. *Effer aquam et cetera.* Alphesiboeus sub persona uxoris Daphni haec dixit; *Effer*, vox Daphnidis. Dicit ad suam ministram, id est praesaga dicit ad eam. Fit Amaryllis<sup>96</sup>) et Amaryllida. Amarylliad<sup>97</sup>) ministram id est ancillam eius. — *Effer aquam* uxor dicit ad suam ministram, quae nititur veneficiis despicientem se maritum ad amorem<sup>98</sup>) revocare. *Vitta, sacerdotum infula.* —

Vs. 65. *Verbenas*, genus herbae castissimae vel ex loco sancto<sup>99</sup>) sumptae, ut *TERENIUS* et *LEXILIUS* dicunt, vel verbenas, olivae ramos, vel carnes pingues, vel frondes; nam omnia, quae virent, verbenae dicuntur. — *Mascula*, fortia, pro masculina. *Mascula tura*, turba, quae in modum testiculorum sunt.

Vs. 66. *Coniugis*, mariti, id est Daphnidis. *Sanos*, non amantes, nam qui amant aegrotant quasi morbo. *Acertere*, ut ament. — *Coniugis* et reliqua. Forsitan et haec allegorice Cleopatrae Antonio iunctae convenient, quae Caesarem odibilem habuit et<sup>1)</sup> magicis sacris nunc veneficiis eum invitata. —

Vs. 67. *Nihil hinc*, post sacrificium conlatum<sup>2)</sup>). Bene desperanti<sup>3)</sup> sunt carmina necessaria, ut vel sic abigit<sup>4)</sup> ad consensum. — *Nihil hic nisi carmina desunt.* Bene desperanti carmina sunt necessaria, ut vel sic ducat ad consensum. *Desunt* figurate pro absent. —

Vs. 68. *Ducite* *huc. Domum*, id est ad domum meam, sed adverbium. *Ducite* et reliqua. Allegorice Virgilius hoc de Augusti vocatione ad Musam suam audiendam dicit. *Ab urbe* i.e. Roma. *Domum*, Musam vel carmen. *Daphnim* amore, vel Caesarem. *Daphnim* vel genitive<sup>5)</sup> legendum, ut alii, quod sensum communiat. *Daphnim*, Virgilius mutavit nomen possessionis suae et eam appellavit Daphnim. — *Ducite ab urbe domum*, id est reducito ab urbe domum. *Daphnim*, hoc est amatorem suum. Allegorice Virgilius loquitur ad sua carmina, ut ab urbe Roma ad suum amorem Caesarem Augustum adtrahant. —

Vs. 69. *Carmina* et reliqua, id est, non solum Daphnim, sed lunam ipsam deducere caelo possunt. *Vel*, saltim; *vel*, etiam. *Possunt* pro adferunt. *Deducere lunam.* Pana dicunt deduxisse caelo lunam carminibus suis. — *Carmina vel caelo possunt deducere lunam*, possunt pro adposuerunt. *Deducere lunam.* Dicitur Pan de caelo lunam carminibus adduxisse. —

Vs. 70. *Carminibus*, veneficiis. *Circe*, Solis filia, quae fertur veneficiis socios Ulixis in bestias vertisse. — *Socios mutavit Ulixis.* Comites eius in aves conversi sunt. Apparet quod orum constituta Circe ista<sup>6)</sup> agit maleficacia; vel Circe disputatoria<sup>7)</sup> erat, et qui adgrediebantur, illis illa adserebat: Tu ursus es, tu canis, quia nihil scis, et poëtae accepserunt, quasi vere in feras verteret. —

Vs. 71. *Frigidus*, nocens, vel quia frigidos morsu facit. Hic sensus est: licet venenosus sit, tamen frangitur carmine. Haec incantatores faciunt. — *Cantando rumpitur*, dum ei carminibus canitur. —

Vs. 72. *Daphnim.* Daphnis laurus dicitur latine, unde putatur Virgilius Daphnim pro sua possessione posuisse.

Vs. 73. *Terna, hostia*, quae terna est. *Tibi, Daphnis.* *Terna novem intellegimus.* *Diversa colore triplici*, tria alba, tria rosea, tria nigra. — *Terna tibi haec primum triplici*

<sup>93</sup>) Cod.: eius dixi. <sup>94</sup>) Pro Mur. 22. <sup>95</sup>) Cod.: paucim impossunt. <sup>96</sup>) Cod.: adama fit amaryllis. <sup>97</sup>) Cod.: asyllida. <sup>98</sup>) Cod.: calamorem. <sup>99</sup>) Cod.: sanctae. 1) Cod.: ut. 2) Cod.: confatum. 3) Cod.: disperanda. 4) Cod.: abiecat. 5) Obscurae dictum, in cod. genetice legitur. Cf. ad v. 85. 6) Cod.: iste. 7) Cod.: disputatoria.

*diversa colore*, quae novem sunt, id est alba<sup>8)</sup>, rosea, nigra omnia trinum numerum habentia. — *Tripli diversa colore*, allegorice varietas carminum.

Vs. 74. *Licia*, quasi ligamina<sup>9)</sup>, per quae ligantur stamna. Bene utitur liciis, quae<sup>10)</sup> mentem adolescentem alligant. *Terque haec altaria circum effigiem duco*. Haec faciunt malefici facientes veneficia, id est effigiem amatoris circumferunt<sup>11)</sup>, unam ex ligno, alteram ex luto, tertiam ex cera. *Haec altaria*, quae<sup>12)</sup> in honorem Augusti consecrata sunt. *Circum effigiem*, circum imaginem haec veneficia fiunt<sup>13)</sup>, quibus ad amorem pervenit. — *Licia*, quibus iunguntur stamna.

Vs. 75. *Deus pro omnes dii*. *Inpare pro inpari*. Par numerus adversis convenit, ut, *quater ipso in limine portae substitit atque<sup>14)</sup> utero sonitum quater arma dedere*, quod excidio civitatis convenit, et alibi: *en quattuor aras Neptuno*, quod arsuris navibus convenit; inpari vero numero deus gaudent. *IUNILIUS* dicit.

Vs. 77. Nunc ad concubinam suam dicit. *Tribus nodis<sup>15)</sup>*, in augurium. *Amarylli*, vocativus casus. *Amarylli*, mulier. — *Ternos colores*, id est laneos<sup>16)</sup> colores.

Vs. 78. *Amarylli*, vocativus casus est. *Veneris*, Cupidinis, vel Amoris. — *Veneris vincula dic necto*. Cum ligare cooperis, amorem ut ligare dico. — *Veneris dic vincula necto*, metro anapaestico in honorem Cupidinis consecratu.

Vs. 80. *Limus ut hic durescit et haec ut cera liquescit*. Limus Daphnis, nos vero cera. Limus terra mollis ex aqua soluta igni coquitur. Hic sensus est: sicut haec durescunt et liquescunt, sic Caesar remollescat amando nos, et noster amor in eo durescat. — *Limus ut hic durescit et cetera*. Limus terra mollis ex aqua soluta igni durescit codemque igni solis cera liquescit.

Vs. 81. *Igni, sole*.

Vs. 82. *Sparge molam*, impone laborem. Ancillam vel concubinam alloquitur, vel collegam<sup>17)</sup>. *Sparge molam*, fragmentum molle ut mittas in ignem, vel molere debes, cum ignis ardet. — *Fragiles*, flexibiles, id est quae<sup>18)</sup> possint eum flectere. *Bitumine*. Bitumen de fulgore nascitur, quo naves iunguntur. *Bitumine*, quod glutinat<sup>19)</sup> et ardet, ut glutinet et ardeat<sup>20)</sup>. *Lauros*, in quam Daphnis conversus est, dum Apollo eam<sup>21)</sup> sequeretur.

Vs. 83. *Daphnis me malus urit, amore*. — *ego hanc*, adversum, in *Daphnide laurum*, id est uro, ut urat eum hoc.

Vs. 85. *Daphnim*, genitivus in forma accusativi. *Qualis cum fessa iuencum*, eleganter amorem suum pecoris amori comparat. *IUNILIUS* dicit. — *Iuencum*, taurum. Eleganter amorem suum rusticus<sup>22)</sup> amori pecoris comparavit.

Vs. 86. *Quaerendo bucula*, sic discurrimus querentes Caesarem, ut bucula. — *Bucula*, vacca, vel vaccula.

Vs. 87. *Propter*, iuxta. *Aquae ritum*, illum sperans. — *Viridi*, herbosa. *In ulva*, in valle, vel ulva herba. Hic sunt parabolice de amore.

Vs. 88. *Serae*, tardae. *Nec meminit decadere*, sed manere.

Vs. 89. *Teneat optativo modo*. *Talis amor teneat*, subauditur nos vel te. — *Nec sit*, prosit. *Cura*, ablativus vel nominativus. *Mederi*, sanari.

Vs. 91. *Exuvias*. Exuviae vestes dictae ab exundo. *Exuvias* et reliqua. Pastor de collega, de pueru dicit, Medea de fratre suo, Virgilius de Octaviano Caesare, aut mulier de amatore suo dicit. — *Exuvias*, pars agri, quae secum remansit. *Perfidus*, malae fidei. *Perfidus*, id est dignus magicis carminibus, dum perfidus sit. *IUNILIUS* dicit.

Vs. 92. *Pignora cara sui*. Pignora rerum, pignora filiorum, relictus licet cara eius pignora confitetur. — *Limine in ipso*, sub limine depono, id est, in loco sacro vel in templo Vestae.

8) Cod.: id est ab rosea. 9) Cod.: ligna. 10) Cod.: qua. 11) Cod.: circum fuer. 12) Cod.: quem. 13) Cod.: fiant. 14) Cod.: adque. 15) Cod.: modis. 16) Cod.: lanes. 17) Cod.: colligam. 18) Cod.: quo. 19) Cod.: glutinet. 20) Cod.: glutinetetur et ardet. 21) Cod.: apolline sequeretur. 22) Cod.: amatorem. 23) Cod.: rustica.

Vs. 93. *Terra tibi mando, terra Vesta* \*), dea terrae. Hic sensus est: dona, quae dedit mihi, tibi do, ut eum ducas ad me. — *Debent*, i. e. reducere haec pignora Daphnium, ex quibus maiora speravi. —

Vs. 95. *Hac herbas*, id est has <sup>24)</sup> artes et haec auguria.

Vs. 96. *Moeris* huius rei peritissimus. — *Moeris*, magus peritissimus in magica arte, pastor quoque et tutor. Hic Virgilius de magica arte loquitur.

Vs. 97. *His ega saepe lupum fieri*. His herbis, per has herbas Moeris se lupum faciebat. — *Lupum fieri*, inter seras ambulante, et se condere <sup>25)</sup> silvis. Nam agnoscit efficacissima carmina exemplis ostendit, et forsitan per haec possim deducere te. —

Vs. 98. *Saepe animas excire*, revocabat his herbis in vitam animas. *Excire*, com-movere. — *Imis sepulcris*, quia in sepulcris conduntur. —

Vs. 99. *Satas, segetes; seges interea et ipsa terra dicitur et quod continetur*. — *Alio*, adverbium. *Traducere*, decipere, a propria festivitate removere messes iam in culmum turgentem. —

Vs. 101. *Fer, effe;* fer ministranti dicit, id est uxori. — *Amarylli*, concubina, vel ancilla.

Vs. 102. *Transque caput* <sup>26)</sup>. Hoc augurium est et beneficia, quibus ad amorem traxit alios; mos enim apud veteres fuit auguria semper observare <sup>27)</sup>. — *Nec respxeris*. Ne forte respicias maiestatem. *His*, beneficiis.

Vs. 103. *Daphnium adgrediar*, illi insidiabor; *adgrediar* id est carminibus. Sicut hoc dixit quasi adventum eius quedam carmina dixerat, dum ille sacrificium despexit <sup>28)</sup>. Hoc dicitur Ciceroni ab uxore sua contigisse.

Vs. 105. *Adspice*, forsitan ancilla dicit. *Corripuit, invasit*. —

Vs. 106. *Sponte sua*, sine igni subito ex ipsis cineribus flammæ arserint. — *Dum ferre moror*. Ferre, efferre procienda. *Cinis ipse*, tantum modo. *Bonum sit*, ut bonum sit, vel credo quod bonum erit. —

Vs. 107. *Nescio quid*, nonne pro gaudio. *Certe, verum*. *Hylas*, nomen canis convenit hic fieri canem. — *In limine latrat*, latratus præ nimio gaudio figurat <sup>29)</sup> domini adventum. —

Vs. 108. *Credimus*, verum esse credebam. — *An qui amant ipsi sibi somnia fingunt*. Quis qui amat, quae cupiunt, ea vident. *Fingunt*, i. e. sibi somnia fingunt, id est mihi ostensum est per hoc augurium, vel in somnio. —

Vs. 109. *Parcite et reliqua*. Pastor de puero suo, vel Medea de fratre, vel poëta de collega, vel de Caesare haec dicit. *Parcite*. Hic non dixit *desine*; qui enim desinit, finem facit, qui vero parcit, suspendit quod agat. *IUNILIUS* dicit. — *Parcite*, desinite augurium facere. *Venit*, quasi dixisset, scio eum venturum ad nos, cum sic ignis erupit. —

### *Ad eclog. IX.*

Virgilius hanc eclogam in honorem amicorum suorum scripsit. Hoc genus carminis δραματικόν vel μημητικόν <sup>1)</sup> dicitur. Haec ecloga in Gallia canitur vel in Hispania et in agro canitur, ut *an quo via dicit in urbem* <sup>2)</sup>. In hac ecloga personae introducuntur, quae in pari numero epigrammatum decurrent. Haec ecloga propriæ βούχοις κόν. In hac ecloga personae duorum pastorum in via fortuitu convenientium et fugientium milites et illoquium atque consilium habentium historialiter intimandæ sunt. *IUNILIUS* dicit. — In hac ecloga Moeris, id est Virgilius, singit, se ad querelas iturum <sup>3)</sup> Romam, nam cum Claudio,

<sup>1)</sup> *Vestra*. <sup>24)</sup> Cod.: *ns.* <sup>25)</sup> Cod.: *consedere*. <sup>26)</sup> Cod.: *capud.* <sup>27)</sup> Cod.: *observari*. <sup>28)</sup> Cod.: *dispexi*. <sup>29)</sup> Cod.: *figura*.

<sup>1)</sup> Cod.: *meticon*. <sup>2)</sup> Vid. Vers. 1. <sup>3)</sup> Cod.: *itunu*.

quodam milite, communem agrum possidebat, a quo pene fuerat occisus. Quidam autem dicunt, primitus agros ab Pollione Virgilio redditos, postquam autem Varus successit Pollioni, adempti sunt. Hinc Romam pergit, et Cornelius atque <sup>5)</sup> Macer illi consilium dant, et sub horum <sup>4)</sup> persona hanc eclogam textit. Allegorice Lycidas <sup>4)</sup> Cornelius Gallus, Moeris Virgilii vel amicus eius, qualis vel Aemilius Macer, intellegitur.

Vs. 1. *Moeri*, vocativus casus. *Quo te, Moeri, pedes*, subauditur ducunt. Alii dicunt Emoris equus velocissimus Saracenorum, quem interdum accipi potest, quod Emori pedes id est ultinam quattuor ut me in urbem citio veherent ad accusandum Claudium <sup>6)</sup>; hoc tamen credendum non est. — *An, quo ria ducit*, interrogative; forsitan hoc in Gallia dicit. —

Vs. 2. *Lycida*, vocativus casus. *Viri, vix vivi. — Pervenimus*, saepe imus. *Advena*, id est Claudius <sup>7)</sup>, non ut alii Varum vel Arium centurionem dicunt. —

Vs. 3. *Quod nunquam veriti sumus*, malum inopinatum, ut Dido <sup>8)</sup>: *hunc ego si potui tantum sperare dolorem. — Possessor Claudius* <sup>9)</sup>. *Agelli*, vicus Virgilii; ager, agellus. —

Vs. 4. *Veteres migrate*, quoniam repugnare non possumus, cedimus. *IUNILIS* dicit. *Coloni*. Quondam domini, nunc coloni. —

Vs. 5. *Quoniam fors omnia versat*. Allegorice clamor lactitiae militaris. — *Fors, fortuna*. —

Vs. 6. *Hos illi, Claudio vel Varo* <sup>10)</sup>, ne ei bene proficiat. — *Quod nec vertat*, nec veniam mereatur. Bene *mittimus haedos* pro portamus dona. —

Vs. 7. *Certe tuo* <sup>11)</sup> ingenio audieram agros restitutos. — *Qua se subducere colles* in proclivium a summo usque in imum, hic terminat agrum Virgili. —

Vs. 8. *Mollique clivo*, ripa Mincii. — *Clivo, aqua* <sup>12)</sup> descensio VII cursus. —

Vs. 9. *Usque ad aquam* Mincii. — *Et veteris iam et reliqua*, i. e. a lacu usque ad arborum fines possessiones Virgilii dicit. *Fracta cacumina fagi*, quia alta franguntur. —

Vs. 10. *Omnia supra scripta loca*. *Carminibus*, as si diceret, nonne carminibus agrum suum servavit. — *Vestrum servasse Menalcan*. Hic sensus est: Menalcan, id est Virgilium, servasse agrum e monte usque ad aquam et ab aqua usque fagum. —

Vs. 11. *Audieras* i. e. reddi. *Et fama fuit*, id est fama tantum fuit. — *Sed carmina tantum pro nihilo habentur*. —

Vs. 12. *Valent*, solaciavit. *Lycida*, vocativus casus. — *Tela inter Martia* id est inter vim militarem, hoc est tumultum Vari vel Claudii <sup>13)</sup>.

Vs. 13. *Chaonias* id est de nemoris nomine, quod est in Epiro; vel Chaonia regio in Epiro. — Dicunt valere Chaonias columbas Dodonenses, quia ibi a queru per ipsas responsa dabantur. —

Vs. 14. *Quod nisi me*, subauditur dico. *Quod nisi me*, id est nisi praescirem augurando <sup>14)</sup>. *Noxas*, inauditas. *Incidere*, devitare. — *Quacunque*, quoquonodo. *Lites militares*, lites vellitis <sup>15)</sup> Claudi, vel Vari de agro communi, qui volebat Virgilium occidere. —

Vs. 15. *Sinistra*, Quattuor genera augurii, antica, postica, sinistra, dextra. — *Cor-nix*, avis, quae <sup>16)</sup> cantare solet augurantibus. —

Vs. 16. *Nec tuus*, amicus, *Moeris*, Macer. — *Nec viveret ipse Menalcas*, quia paene occisus est Virgilius.

Vs. *Heu*, interieictio dolentis. — *Heu cadit in quemquam tantum scelus*, ut occidit Virgilium. —

Vs. 18. *Solatia*, Macrus vel carmina rapti essent. *Menalca*, Virgili. — *Solatia rapti*, Solatia carminum rapti a nobis essent. —

t) Cod.: cornilius adqua. ④ Cod.: quorum. ⑤ Cod.: lycida. ⑥ Cod.: idē quatuor et accusandum gladium. Praeterea ita omnia corrupta sunt, ut vix inventari possit, quid scriptor his verbis dixerit. ⑦) Cod.: cladius. \*\*) Aen. IV, 409. ⑧) Cod.: cladio vel uario. ⑨) Cod.: iun. ⑩) Cod.: eque. ⑪) Cod.: cladii. ⑫) Cod.: auguriando. ⑬) Cod.: lites vellites cladii. ⑭) Cod.: aresq;

Vs. 19. *Cameret, cantaret. Quis caneret nymphas, quis bucolica faceret. Subauditur nemo. Humum, per carinina.* — *Quis humum. Georgicon agriculturam tenentem*<sup>15)</sup>. — Vs. 20. *Aut viridi fontes induceret umbra, arbores fontibus.*

Vs. 21. *Sublegi, subdux. Vel quae sublegi. Hoc Cornelius ad Macrum de Virgilio dicit. Hic sensus est: Has ipsas odas tibi recitavi, cum Romanam ires*<sup>16)</sup>. *IUNILIUS dicit.*

Vs. 22. *Cum te, o Menalca, id est Virgili. Amaryllidas metri causa excluditur. Amaryllida id est concubina amborum, id est Virgilii et Lycidae, vel Roma.* — *Ad delicias nostras, Romanas; nostrae deliciae sunt successus Romanorum.*

Vs. 23. *Tityre, qui oves pascit Tityrus est. Tityre, ad aliquem*<sup>17)</sup> *suorum dicit; hoc est hos tres versus imperium*<sup>18)</sup> *Virgilii mandat alicui suorum, si cantet. Lycida, id est Cornelius. — Dum redeo, brevis est via, pasce capellas. Virgilii loquitur ad pastorem, non abfuturus*<sup>19)</sup> *sum longe.*

Vs. 24. *Et potum, ad potandum. Et potum pastas age. Monet, ne quid contra Alphenum Varum, divisorem agrorum, faciat, ne asperiorem reddat, quia necdum per huius Vari seu Tuccae intercessionem liberatus est, cum per carbonarias*<sup>20)</sup> *fugeret. IUNILIUS dicit. — Et inter agendum, quasi iter dum agis.*

Vs. 25. *Capro, militi. — Cornu, gladio. Cornu ferit ille, caceo. Militem cave, gladio enim tangit. Transfigurate loquitur.* —

Vs. 26. *Immo. Quasi alias, se occiso, hoc cantaret, et hos tres versus, ut priores de se ipso cantavit. Haec, carmina. — Necdum perfecta, scripta, sed meditata*<sup>21)</sup>. *Canebat, Menalcas.* —

Vs. 27. *Vare tuum nomen. Commemoratio Vari. — Superet, imperative; tuum nomen superet modo Mantua nobis, excellentior nobis Mantua, sed sicut Mantuae, sic tuum nomen et nobis claret.* —

Vs. 28. *Mantua vae, subauditur tibi.* —

Vs. 29. *Cantantes cicni. Allegorice poetas Mantuanos dicit, qui quasi cicni cantantes. Mantua vae et reliqua, qui acti sunt de paludibus, id est de agris suis, quando Cremonenses contra Augustum Antonii copias suscepserunt*<sup>22)</sup>, et agros eorum dividi iussit Caesar, cuius mali partem inique perpessi sunt Mantuani. Ius enim regni fecit indignationem poetis, inde allegorice per pastorum decem colloquio<sup>23)</sup> poeta lamentatur hucusus. *ISIDORUS dicit. — Sublime ferent nomen Vari, allegorice Caesaris. Cicni, poetae Mantuani.* —

Vs. 30. *Grineas, Corsicas, IUNILIUS dicit. Examina, apes. Fugiant examina taxos. Hic ostendit, habitatores Mantuae fugisse ab ea, sicut apes effugiant taxos. — Taxos, arbor apibus venenata, amaros flores habens et mel amarum, vel animalia sulvia, quae offendunt apes.* —

Vs. 31. *Cytiso, genus herbae vaccis odiosae. — Distendant, devitant.* —

Vs. 32. *Et me fecere, id est, cum erraret in monte, ut alii poetam propter ingenium.* —

Vs. 33. *Pierides, musae.* —

Vs. 35. *Nam negue adhuc, id est nec talis sum, quemadmodum*<sup>24)</sup> *promiserunt. — Vario et Cinna ablative casus. Cinna optimus poeta Antonii, qui et Anser nominatus est, vel qui avis*<sup>25)</sup> *nomine dicitur.* —

Vs. 36. *Argutos, canoros. — Argutos inter[strepere] anser olores, inter olores canoros anser.* —

Vs. 37. *Voluto, cogito.* —

Vs. 38. *Meminisse, cantare. — Carmen, Lycidae.*

Vs. 39. *Huc ades. Hic allocutio est: huc ades a Galatea. Hos quinque versus Macer ex persona Virgilii dicit, vel Tucca nympham ad se vocat. Galatea, filia, quam Cy-*

15) Sic in cod. 16) Cod. inies. 17) Cod.: aliquam. 18) Cod.: imperi huius. 19) Cod.: afflatus. 20) Cod.: cardinarius. Cf. Ser. 1. adv. 1. fugit in tabernam carbonarium. 21) Cod.: mediata. 22) Cod.: suscepser. 23) Cod.: colloquio. 24) Cod.: qualis. 25) Cod.: quia uia.

clops Polypheus adamavit, quae allegorice Mantuam significat, vel Polypheus eam **vocat** historialiter. — *Quis est nam ludus in undis*<sup>26)</sup> diversa. Et hoc in honorem Mantuae dicit.

Vs. 40. *Hic ver et reliqua. Ingentia munera promittit.* — *Purpureum, florens. Hic flumina circum.* Hic hyperbaton anastrophae est. —

Vs. 41. *Hinc candida populus antro, adjuncta Mincio, ut populus.* —

Vs. 42. *Lentiae, flexibiles.*

Vs. 43. *Huc ades, o Galatea. Insani, rapidi, magni.* — *Sine, imperative, id est sine locum tuum, vel sine hic esse.* —

Vs. 44. *Quid, id est et cetera carmins, hoc est sive ob interitum Salonini, sive ob iacturam*<sup>27)</sup> *civium tuorum.* — *Pura, splendida, candida*<sup>28)</sup>.

Vs. 46. *Daphni, vocativus, o Caesar.* Hos quoque quinque versus Gallus ex persona Virgilii canit, sicut alios priores. — *Daphni, quid antiquos et reliqua.* Hic sensus est: O Caesar, quid antiqua regna<sup>29)</sup> consideras, quia nullus tibi comparabitur. *Suspicis, consideras, id est sursum adspicias*<sup>30)</sup>.

Vs. 47. *Dionaei, a Dione, Veneris filia, ex qua Caesar originem ducere gloriabatur*<sup>31)</sup>. — *Processit, imperare coepit. Astrum processit.* Hic astrologiam tangit, quia quedam astra cum regni principio oriuntur, ut dicunt astrologi. *Astrum, regnum, imperium.* —

Vs. 48. *Caesaris astrum, astrum, quo segetes.* Hic anadiplosis est. *Astrum Gai Caesaris, qui instituerat heredem imperii. Segetes, arva. Gauderent frugibus, turgent, maturae fiunt.* — *Quo segetes gauderent frugibus et reliqua.* Regnum Caesaris laudat, in quo omnia bona futura sint.

Vs. 49. *Duceret, acciperet.* — *Apricis, calidis.* —

Vs. 50. *Daphni, o Caesar. Insere piros et reliqua.* Nunc Caesarem monet de statu regni, indicans, quod nepotibus proficiet, vel longaevis eris, ut videoes nepotes tuos. —

Vs. 51. *Omnia fert.* Haeret verbo Lycidae: *incipit si quid habes*, et nunc dicit, se non posse cantare propter imminentis<sup>32)</sup> periculum. — *Hic actas iuventus. Animam fortem.* —

Vs. 52. *Cantando carmina. Puerum, Daphnim, id est Caesarem.* — *Memini me condere soles, tota die canebam.* *Longos condere soles, dies finire magnos*<sup>33)</sup>.

Vs. 53. *Nunc oblita mihi tot carmina, impossibilia sunt pro gravi periculo imminentis*<sup>34)</sup>. — *Vox quoque et reliqua.* Hic rusticam fabulam tangit, quia vox pastoris obruitur, si prius eum lupus viderit, quam ille lupum; ac si dicat<sup>35)</sup>, non possum cantare, quia me tempestates obruant. —

Vs. 55. *Sed tamen ista satis.* Refert allegorice haec pericula, vel quae possim cantare. — *Tibi, Lycida. Menalcas, sive Virgilius, sive amicus ciuis.* —

Vs. 56. *Causando, causas diversas nectendo.* — *In longum, per longum. Ducis amores, recusas cantare*<sup>36)</sup>.

Vs. 57. *Et nunc omne tibi et reliqua.* Nunc obicit suavitates plurimas, pro quibus cantare debeat, et dicit omnia velle audire. — *Stratum*<sup>37)</sup>, quietum. —

Vs. 59. *Media ad urbem.* —

Vs. 60. *Bianoris.* Bianor filius Tusci<sup>38)</sup>, qui et ipse Mantuam condidit, animo et corpore fortissimus agricola; inde Bianor dictus est, sed postea deus erat; hoc est forsitan: adiuvet cantantem.

26) Cod.: nam magnus. *Ludus canticis diversa.* 27) Cod.: iecturam. 28) Cod.: canda.

29) Num signa scribere voluit? 30) Cod.: Susum aspicis. 31) Cod.: gloriebatur. 32) Cod.: eminentis. 33) Cod.: magnus. 35) Cod.: eminenti. 34) Cod.: hac si dici. 36) Cod.: amore recusas cantare. 37) Cod.: stratum. 37) Cod.: tuovi vel tucci.

Vs. 61. *Agricolae stringunt frondes, hic, sacrificant vel adiuventur<sup>38)</sup>, vel tecta sibi faciunt. — Hic, Moeri, canamus, invicem nos deleremus<sup>39)</sup>. Canamus, subauditur, ut adiuverum.*

Vs. 62. *Tamen veniemus in urbem; licet bonum sit hic, tamen eamus in urbem. — Hic haedos deponit, allegorice versus canta.* —

Vs. 63. *Pluriam ne colligat ante, reveremur, imminente pluvia<sup>40)</sup>. Pluriam<sup>40)</sup>, tempestatem, allegorice periculum. —*

Vs. 64. *Licet usque, iugiter. — Minus, non.* —

Vs. 65. *Hoc te fasce terabo. Hic sensus est: non debes laborare in cantando. — Fasce, onere. — Terabo, exultabo, relevabo, leviorem reddam.* —

Vs. 66. *Puer, Lycida. — Agamus, ambulemus.* —

Vs. 67. *Ipse, Daphnis est Caesar. — Canemus, futuro tempore canemus, quia non nunc possum cantare pro gravitate periculi, sed praesente illo melius cantabo<sup>41)</sup>.*

### *Ad eclog. X.*

Haec ecloga in honorem G. Cornelii Galli, amici Virgilii, scripta est, de quo *Eus*<sup>1)</sup> dicit: *G Asinius Gallus, orator, Asinii Pollionis filius, de quo Virgilinus meminit.* — Haec ecloga quibusdam in Arcadia posita videtur ideo, quia dicit: *pinnifer illum etiam sola sub rupe iacentem Maenalus et gelidi flenerunt saxa Lycae.* — In hac ecloga solus poëta loquitur. Haec ecloga non propriè βούκολικόν. Hoc genus carminis ἔγγραπτον dicitur, vel ἔπαγγλικόν<sup>2)</sup>. IUNILIUS dicit. Haec ecloga in agro canitur, ut dum tenera adtendent simae<sup>3)</sup> virgulta capellae. In hac ecloga tantum ordo ostenditur dicendo extre-  
mum, tamen per hoc conicere possumus, naturalem ordinem in his esse. Poëta hanc eclogam de zelo cum laude ad Gallum canit. — *Hic tylus*<sup>4)</sup> allegorice loquitur. — Incipit ecloga decima de desiderio Galli circa Volumniam Cytheridem<sup>5)</sup> meretricem, quam<sup>6)</sup> Lycoridem dicit. Conquestio<sup>7)</sup> cum Gallo de agris<sup>8)</sup>. *Cum Gallo.* Illic est Gaius Asinius Gallus, orator, Asinii Pollionis. —

Vs. 1. *Arethusa, nympha, dea carminis.* —

Vs. 2. *Gallo, poëta Antonii, sed antiquo vocabulo. — Lycoris<sup>9)</sup>, provincia, vel meretrix, quam Gallus adamavit, quae contemptio eo Caesarem est secuta.* —

Vs. 3. *Neget, interrogative. Quis carmina Gallo, meritis eius.* —

Vs. 4. *Labere pro laberis, id est curris. Sicanos, Sicilios.* —

Vs. 5. *Doris, fluvius. Doris, mater nympharum et maritima nympha. Ex nomine itaque eius mare appellatur, quia et aqua eius amarior est mari. Hic sensus est: Non te impedit ulla, neque mare, sub quod fluis, quin tu scis, quid sit amor, dum non adiuves me cantantem de amore. Vel ad Caesarem et Virgilium intellegenda sunt. — Amara, salsa. Undam, aquam marinam.* —

Vs. 6. *Incipe, semet ipsum imperat, vel Lycidam.* —

Vs. 7. *Adtendent, pascuntur. — Simae, presso naso ut simae, vel simae graecum, id est capellae.* —

Vs. 8. *Respondent omnia silvae. Montes enim reciprocum remittunt<sup>10)</sup> ex echone vocem. Hucusque praefatio. —*

38) Cod.: adiuventur. 39) Num voluit scribere: delectemus? 40) Cod.: pluviam. 41) Cod.: canando.

1) Sic in codice legitur. Num voluit scriptor Isidorum significare? Cf. ecl. IX, 29. Georg. I, 88.

2) In cod. scribitur: bacolicon, exegeticon, epangelticon. 3) Cod.: simae. 4) Sic in cod.

5) In cod.: CVIHCIDEM. 6) In cod.: QVM. 7) In codice: COMQUESTIO. 8) Verba: Incipit—de agris

maluscis litteris scripta inscriptionem antiquam eclogue continere, et ea, quae sequuntur, ad verba huius

inscriptionis cum Gallo pertinere videntur. 9) Cod.: Liquoris. 10) Cod.: reciprociae mittunt

echo vocem.

Vs. 9. *Quae nemora*, invocatio. Hinc incipit narratio. —

Vs. 10. *Naides*, nymphae fontium si simpliciter, si proprie oreades<sup>11)</sup>, id est nymphae montium<sup>12)</sup>; hoc est: ubi fuistis non me adiuvanties, allegorice vel Gallum. — *Indigeno*, hoc est inpari, quia amans contemnebatur. —

Vs. 11. *Parnasi*, mons Thessaliae<sup>13)</sup>, — *Nam neque Parnasi et reliqua*. Haec omnia allegorice pro nymphis in eis habitantibus dicuntur, vel auditoribus considerantibus. *Pindi*. Pindus mons Thessaliae<sup>14)</sup>.

Vs. 12. *Aoniae*, fons<sup>15)</sup> Boeotiae. *Aganippae*, fons Thraciae<sup>16)</sup>.

Vs. 13. *Myricae*, genus fruticis parvae. —

Vs. 14. *Sola*, deserta. *Sola sub rupe iacentem*, piae nimio amore contemptu atque odio hominum captum in solitariis locis iacentem. —

Vs. 15. *Maenalus*, mons Arcadiæ<sup>17)</sup>. *Gelidi*, frigidæ. — *Lycae*, mons Arcadiae<sup>18)</sup>

Vs. 16. *Oves*, auditores allegorice. *Nec poenitet illas*, aliter non consolabant<sup>19)</sup> te, pastor, vel de se, si Gallus, vel Gallum, si amens erat. —

Vs. 17. *Nec te poeniteat*. Allegorice: Non erubesces bucolica scribere. — *Pecoris*, poëmatis. *Divine poëta*. Gallus optimus<sup>20)</sup> poëta fuit. —

Vs. 18. *Adonis*, pastor, vel aliquis poëta. —

Vs. 19. *Opilio*. *Opitiones* dicuntur haecorum pastores, vel opitiones magistri ovium dicuntur. *Iunilius* dicit. — *Venere*, venerunt. *Tardi venere subulci*. Pastores porcorum ideo tardi dicuntur, quia aliter porci non pascentur, nisi radicibus herbam<sup>21)</sup> effodian. —

Vs. 20. *Ucidus*, pinguis succus<sup>22)</sup> intrinsecus, unde uvae dictæ sunt, vel *uidus* quasi uvis pendentibus glandis ex queru coronatus. — *Hiberna de glande*, quia hiemis tempore glandes maturæ sunt. *Menalcas*, Virgilius. —

Vs. 21. *Rogant*, interrogant. *Tibi venit*, etiam. — *Apollo*, se ipsum, vel Caesarem.

Vs. 22. *Galle quid insanis*, sive canendo, sive amando. — *Cura*, ut saucia cura.

*Tua cura Lycoris*, irrisorie<sup>23)</sup> dicitur. —

Vs. 23. *Alium*, Antonium. — *Horruda castra*. Castra, bella, ideo autem horrida, quia cum Augusto Caesare bella civilia fecit. —

Vs. 24. *Agresti*, cano. *Silvanus*, deus silvarum, vel pro nymphis. —

Vs. 25. *Florentis*, virides, frondentes. *Ferulas*, genus herbæ<sup>24)</sup>, vel virga cava de herbis nascens. *Lilia*, quae fluit in ipsis ferulis. — *Grandia*, longa. —

Vs. 26. *Quem vidimus ipsi*. Solent enim numina se offerre rusticis. —

Vs. 27. *Sanguineis*, rubicis. *Ebuli*, flos, vel ebolum genus herbae. *Sanguineis baccis*<sup>25)</sup>, quia grana ipsa nigra sunt, floris succus autem rubeus, ex quo venenum est, ideo dixit *sanguineis baccis*<sup>26)</sup>. *Minio*, coloribus. —

Vs. 28. *Equis*<sup>27)</sup> erit. Ec increpantis adverbium. *Modus*, amandi. — *Inquit*<sup>28)</sup>, Gallus. *Amor non talia curat*, non fluctit moeroribus, quasi expertus loquitur. —

Vs. 29. *Nec lacrimis crudelis amor*, satiatur; quantascunque enim lacrimas fuderit<sup>29)</sup> amans, tanto amor<sup>30)</sup> extitit amplior. — *Nec gramina rievit*, hyperbolice loquitur. —

Vs. 31. *Tristis*, verum tristis amat. *Ille*, Virgilius, vel Gallus. — *Tamen cantabitis*, de se dicit; tamen ali superioribus iungunt, sed melius, ut sic legamus: tamen cantabitis<sup>31)</sup>, sensus enim hic est: licet ego duro amore consumar, tamen erit solatium, quia meus amor erit vestra cantilena. *Inquit*, Gallus. —

Vs. 33. *Tunc, tunc, tunc possim requiescere*, si vos voluissetis de amore cantare. — *Quam, postquam*. *Molliter ossa quiescant*, pronuntiat, se moriturum. *Quiescant*, sedantur. —

11) Cod.: oriaedes. 12) Cod.: fontium. 13) Cod.: thesaliae. 14) Cod.: mons. 15) Cod.: mons tracie. 16) Cod.: archadiae. 17) Cod.: consulabunt. 18) Cod.: optimus. 19) Cod.: herbam. 20) Cod.: succus. 21) Cod.: licoris irrisoriae. 22) Cod.: erbe. 23) Cod.: baccis ut supra et paulo post succus. 24) Cod.: Haecquis. 25) Cod.: amanti. Inquid. 27) Cod.: fuerit. 28) Cod.: amore extitit. 29) Cod.: cantabis.

Vs. 34. *Olim, aliquando.* Olim tria tempora continet. —

Vs. 35. *Atque utinam ex vobis, pastoribus.* — *Vestrique suissem,* melius mihi vobiscum erit.

Vs. 36. *Aut custos gregis,* ut rusticana vitam colerem, ac si <sup>30)</sup> dicat, quid mihi cum urbibus, ubi sunt meretrices tam pulchrae, quam perfidae. — *Maturas vinitor*<sup>31)</sup> *uvae,* custos vinearum. —

Vs. 37. *Phyllis*<sup>32)</sup>, Roma, *Amyntas, Caesar.* —

Vs. 38. *Seu quicunque furor,* aliquis amicorum furor, omnis enim amor plenus est furoris. *Tuum carmen*<sup>33)</sup>, tuum, o Mantua. — *Si fuscus Amyntas,* licet aliis nocivus, tamen mihi bonus. —

Vs. 39. *Et nigrae violae sunt, successus rerum mihi abundat*<sup>34)</sup>.

Vs. 40. *Sub vite, sub rupe.* *Lenta sub vite iaceret,* allegorice: de vitibus cantantem audiret. —

Vs. 41. *Serta, flores.* *Phyllis,* mollis, lentaque manibus et digitis suis. — *Cantaret Amyntas,* me cantare fecisset. —

Vs. 42. *Hic gelidi fontes* et reliqua. Invasit amor eius animum et quasi ad praesentem loquitur, ac si <sup>35)</sup> dicat: quid te adiuvat inter frigora esse Gallus nunc? multa enim erant<sup>36)</sup> bona, quibus adducat concubinam, allegorice Virgilii Caesarem. —

Vs. 43. *Tecum consumeret aeo,* id est tecum essem usque ad mortem.

Vs. 44. *Insanus amor* et reliqua, id est nunc morior pro amore tuo, quia neque per absentiam decedit<sup>37)</sup>. — *Insanus amor,* quia omnis amor plenus est furoris, hinc usque in finem amatoris inconstantia exprimitur. —

Vs. 45. *Adversos, infestos.* *Hostes,* bellicosos. —

Vs. 46. *Tu, o Phyllis vel Lycoris.* *Tu procul,* cum moriturus ero. — *A patria,* subauditur recessisti. —

Vs. 47. *Alpinas, montanas*<sup>38)</sup> vel Mantuanas. — *A,* interiectio dolentis. *Rheni,* fluvius Europae. —

Vs. 48. *Sine,* imperative. *Me sine,* id est relinque, o amor, ne fatigatus fueris. *Sola vides,* tunc vides. — *A, interiectio dolentis.* —

Vs. 49. *A tibi ne teneras glacies seget aspera plantas;* etiamsi spretus a te, tamen sollicitus sum, ne quid mali <sup>39)</sup> sustineas. — *Aspera,* frigida. —

Vs. 50. *Ibo, demittam te.* *Chalcidico,* heroico, Homerico, Euboeico. *Chalcis civitas* in Euboea<sup>40)</sup>, in qua Euphorion, quem transtulit Gallus. *Hic sensus est:* tamen cantare potero, cum non impedes me, et tunc scribam Theocriteo<sup>41)</sup> stilo et carmina Euphorionis canam. —

Vs. 51. *Pastoris Siculi,* Theocriti. *Avena,* calamo pro scriptura. —

Vs. 52. *Certum est,* id est me a te ad alios velle transire, id est Gallus ad concubinam, Virgilius ad Caesarem dicit. — *Inter spelaea,* inter speluncas. —

Vs. 53. *Malle pati,* ferre laborem. — *Incidere,* a te vellere. —

Vs. 54. *Arboribus,* ad arbores dare. — *Illae, silvae.* *Crescetis amores,* et vos, o amores, crescatis silvestres. —

Vs. 55. *Lustrabo Maenala lymphis,* alii verius *nymphis*<sup>42)</sup>, cum nymphis permixtos montes lustrabo venando. — *Maenala,* hic Maenalus, haec Maenala mons Arcadiae. —

Vs. 56. *Acres,* vehementes. —

Vs. 57. *Parthenios,* Arcadios, vel mons Parthenius] in montibus Caucasi est. *Iunilius* dicit; sed et Parthenii<sup>43)</sup> Lacones, ideo quod cum profecti essent ad bellum, reliqua iuven-

<sup>30)</sup> Cod.: colorem hacs. <sup>31)</sup> Cod.: vinitur. <sup>32)</sup> Cod.: Pyllis. <sup>33)</sup> Haec verba non in versu XXXVIII. leguntur. <sup>34)</sup> Cod.: habundat. <sup>35)</sup> Cod.: hac si. <sup>36)</sup> Cod.: erat. <sup>37)</sup> Cod.: discedit. <sup>38)</sup> Cod.: Alphinias montana. <sup>39)</sup> Cod.: mari. <sup>40)</sup> Cod.: euboia in qua euforios. <sup>41)</sup> Cod.: theocritio. <sup>42)</sup> Cod.: mynphis. <sup>43)</sup> Cod.: partheni.

tus stuprum cum virginibus fecit, inde Parthenii nominati sunt, vel Parthenii dicti a virginibus, quae illic venerare consuerunt. —

Vs. 59. *Ire*, a provincia. *Partho*, Persico. *Cydonia*, Cressia <sup>44)</sup>, accusativo casu Cydonia. Arcus Persicus vel Cretensis, quia illic arborum primus usus inventus est earum.

Vs. 60. *Tanquam haec sit nostri medicina furoris*, idem sensus est <sup>45)</sup>, nec talis curat. *Furoris*, amoris. —

Vs. 61. *Deus*, Cupido, vel Caesar allegorice. — *Mitescere*, molliri.

Vs. 62. *Hamadryades*, nymphae, quae cum arboribus nascuntur et pereunt, qualis fuit illa, quam Erysichthon <sup>46)</sup> occidit, qui cum arbore incideret, et vox inde erupit et sanguis, ut OVIDIUS docet <sup>47)</sup>; Dryades vero sunt, quae inter arbores habitant; hoc autem ad superiora haeret, quia dicit *lustrabo Maenala nymphis*.

Vs. 63. *Concedite*, recipite.

Vs. 64. *Illum*, amorem, vel Caesarem allegorice.

Vs. 65. *Hebram*, fluvius Thracius <sup>48)</sup>, vel genus poculi inebriantis, hic amore carere non posse. —

Vs. 66. *Sithonias*, pro Scythobarbaricas, Thracias <sup>49)</sup>. Sithon mons Thraciae, vel Sithonias id est Scithias a Scithone, Phyllidis fratre. *IUNILIUS* dicit.

Vs. 67. *Moriens*, vitio agri. *Alta*, vitis in arbore posita. *Alta*, suspensa. *Liber*, vitis. *Aret*, morietur. *In ulmo*, in cortice. — *Nec si cum et reliqua*. Hic sensus est: licet in Aethiopia simus et licet in Scythia laboremus propter eum, tamen non mutatur. *Liber aret*, allegorice senium adpropinquatum.

Vs. 68. *Versemus*, pascamus. *Cancri*, unum de duodecim <sup>50)</sup> signis, quod in australi parte semper moratur.

Vs. 70. *Sat*, pro satis. *Divae*, Musae. — *Poëtam*, Gallum. —

Vs. 71. *Fiscellam*, sportam, allegorice significat se composuisse hunc librum tenuissimo stilo. — *Hibisco*, genus herbae <sup>51)</sup>.

Vs. 73. *Gallo*, cuius amor et reliqua. Haec dicit propter Caesarem.

Vs. 74. *Vere novo*, in principio veris. *Se subicit*, sursum <sup>52)</sup> mitit ad proceritatem.

Vs. 75. *Surgamus*, linianus carmen. *Gravis* id est ipsarum <sup>53)</sup> agrestium umbras gravis certantibus, vel quia difficile est omnia sub sensu constringere in bucolicis. —

Vs. 76. *Iuniperi*, genus ligni duri. — *Iuniperi*, allegorice georgica; *nocent* et reliqua, allegorice Aeneicida.

Vs. 77. *Ite domum saturae*, venit *Hesperus*, ite capellae, id est non amplius vos canam. Verecunde se capellarum esse pastorem dicit, hoc est vilissimum animalium, nam bucolica scribens debuit se dicere bovum pastorem, sed vitans arrogantiū ultimum se esse voluit non principem, inscribens bucolicis: *ite domum saturae*, *ite capellae*, — *Saturae*, saturatae. *Hesperus*, stella, quae primo vespre appareat.

Haec omnia de commentariis Romanorum congregavi, id est *TITI GALLI* et *GAUDENTII* et maxime *IUNILII FLAGRII*. Mediolanenses.

44) Cod.: cressia. 45) Cod.: et. 46) Cod.: siclium. \*) Metam. VIII, 754. sqq. 47) Cod.: thra-chius. 48) Cod.: scitho barbaricas thracius. 49) Cod.: unum dexii. 50) Cod.: haerbae.

51) Cod.: susum. 52) Cod.: idē psarum, fortasse excidit arborum.

## Georgicorum lib. I.

Iunilius Flagrius Valentianiano Mediolani.<sup>1)</sup>

Virgilius in operibus suis diversos securus est poëtas, Homerum in Aeneidis, quem licet intervallo longo<sup>2)</sup> securus est, Theocritum in bucolicis, a quo non longe abest, Hesiodum<sup>3)</sup> in his libris georgicorum. Hic autem Hesiodus fuit de Ascra insula<sup>4)</sup>; qui scripsit ad fratrem suum Persen librum, quem appellavit ἔργα καὶ ἄρτας, hoc est *opera et dies*. Hic autem liber continet, quenadmodum agri et quibus [temporibus]<sup>5)</sup> sint colendi, cuius titulum transferre noluit, sicut bucolicorum<sup>6)</sup> transluit et sicut Aeneidem appellavit [ad imitationem] Odysseae<sup>7)</sup>, tamen eum per istas in primo exprimit verso dicens: indicabo quo opere et quibus [temporibus] ἀγρος<sup>8)</sup> colendus sit; inde duobus modis scripsisse dicendus est. Ingenti autem egit arte, ut potentiam nobis indicaret<sup>9)</sup> sui ingenii, coartando lata et angustiora dilatando<sup>10)</sup>. Nam quum Homeri et Theocriti in brevitate scripta collegerit, unum Hesiodi tamē librum in IIII divisi, quod ratione non caret; nam omnis terra quadrigaria, aut enim arvus est ager id est<sup>11)</sup> rationalis, aut consitus id est aptus arboribus, aut pascuis, qui herbis tantum et animalibus vacat, aut florēus, in quo sunt horti<sup>12)</sup> apibus congruentes et floribus. Alii autem duos tantum georgicos male dicunt dicentes γεωγράφια esse, id est terrae operam, quam<sup>13)</sup> primi continent duo libri, nectamen<sup>14)</sup> ad utilitatem rusticam pertinere, nam et pecora et apes habere studii est rusticī. Licet possimus agriculturam etiam in his duobus sequentibus invenire. Nam et farrago sine cultura non nascitur<sup>15)</sup> et in hortis<sup>16)</sup> colendis non minorem circa terras impendi[mus]<sup>17)</sup> labore; et hi<sup>18)</sup> libri didactici<sup>19)</sup> sunt, unde necesse est, ut ad aliquem scribantur, nam praeciput doctoris et discipuli personam requirit, unde ad Maecenatem scripsit sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Mennium. Sane agriculturam huius praecipit non ad omnes pertinent terras, sed ad solum sūmū Italiae<sup>20)</sup>, teste ipso Virgilio, qui ait tibi res antiquae laudis et artis ingredior, cum de Italia diceret, quid terras pingues efficiat. Hucusque IUNILIUS.

Georgicorum duae sunt species, alia ad agriculturam pertinet, alia ad rusticationem; et agriculturæ quidem opera sunt segetes et vites et alia queaque ex agris gignuntur, rusticationis vero cura pecorum et ovium et ceterorum animalium, quae ruri sunt fructuosæ. Ergo duo priores libi super agricultura sunt, qua<sup>21)</sup> propter velut perfecto opere in secundo libro laudem agriculturae exsequitur, in quo etiam nullo velut<sup>22)</sup> principio utens statim ad ipsam rem transit, scilicet præfationem eius operis abunde<sup>23)</sup> explicante priore libro, at vero<sup>24)</sup> rusticationis tertio et quarto voluminibus continetur, qua propter terius longiorum rarsum præfationem<sup>25)</sup> velut novo principio apprime<sup>26)</sup> comparative incipit, et quartus expeditam et festinantem referens ex secundo similitudinem.

Principium georgicorum pene tale est, quale in Aeneide, ut expositiō materiae ibi, hic præfatio prima, secundo invocatio numinis, ut: *Musa mihi causas memora*, tertio expositiō materiae narratur, ut: *urbs antiqua fuit*. Hic autem præfatio est, ut: *quid faciat laetas segetes*, invocatio numinis, ut: *vos, o clarissima mundi lumina*, ut ibi: *Musa mihi causas*

<sup>1)</sup> Cum haec præfatio, quam Burmannus Servio adscribere videtur (vid. T. I. p. 166), etiam in cod. Bernensis 167, seculo decimo scripto, legatur, etiam eius varietatem scriptorum (B.) apponam. — Cod. B.: Mediolans. <sup>2)</sup> Cod. et B.: longe. <sup>3)</sup> Esiodum. B. semper. <sup>4)</sup> Cod. et B.: insola. <sup>5)</sup> Deest voc. temporibus in codice et B. <sup>6)</sup> Cod. et B.: bucolicorum. <sup>7)</sup> Cod. et B.: appellavit Odissiane. <sup>8)</sup> Cod. et B.: quibus ager. <sup>9)</sup> B.: indicare. <sup>10)</sup> Cod.: dilatando. <sup>11)</sup> In B. deest: id est. <sup>12)</sup> Cod. et B.: orti. <sup>13)</sup> B.: terra opera quae. <sup>14)</sup> Cod.: Nestamen. <sup>15)</sup> Nam — nascitur deus in B. <sup>16)</sup> Cod. et B.: hostilia. <sup>17)</sup> Burmannus scripsit: terras constat impendi labore. <sup>18)</sup> Cod. et B.: hui. <sup>19)</sup> Cod. et B.: italici. Burmann: didascalie. <sup>20)</sup> B.: Vitaliae. <sup>21)</sup> B.: etiam. <sup>22)</sup> B. velut nullo velut. Burmanni codi. omnes in hoc loco vitiosissimi. <sup>23)</sup> Cod. et B.: habundat. <sup>24)</sup> Cod.: vero o'pit. <sup>25)</sup> B.: præfatio. <sup>26)</sup> prime B., hac prime Cod.

*memora, expositio materiae, ut: vere novo gelidus canis quo montibus humor.* Hucusque hic tractatur. In georgicis poëta solus loquitur<sup>27)</sup>, in georgicis ethicam narrat, in georgicis operatur<sup>28)</sup>, in georgicis medium elogium, in georgicis vita prudentium, georgica septenno scripsit, georgica Maecenás postulavit, georgica duobus modis<sup>29)</sup> scripsit, precepto doctoris et persona discipuli requirentis, in georgicis angusta dilatavit<sup>30)</sup>. **IUNILIUS** dicit<sup>31)</sup>.

Vs. 1. *Quid faciat laetas segetes* et reliqua. In his quattuor versibus quattuor agrorum sunt genera, quid faciat arvus vester, consitus, conveniat pascuus, sit pecori florens. *Quid faciat laetas segetes*, quae res terras pingues efficiat, nam segetem mode pro terra posuit ut: *horrescit seges ensibus*. **IUNILIUS** dicit. Alius dicit: Segetes non omnino pro terra, sed cum fructibus accipere debemus et nobis idem dixisset subiens quo sidere terram; et idem dicit: Nec sane segetes simpliciter pro terra ponuntur, sed pro terra arata, ut *Varro* rerum rusticarum primo libro: *pratura purgari, salicta*<sup>32)</sup> *seri, segetes arari convenient.* — *Quid faciat.* Praefatio in his quattuor versibus indicat, quid in his libris georgicorum scripturus sit. *Laetas segetes*, pingues terras, nam fimus, qui per agros iacit, vulgo *laetamen* dicuntur. *Quo sideris ortu vel occasu id est quo tempore, ex sideribus enim tempora colliguntur;* hic metaphora<sup>33)</sup> ex animali ad animale.

Vs. 2. *Vertere, arare.* *Maecenas* praefectus praetorio fuit, ad quem fecit *Virgilii* georgica ut *Hesiodus*<sup>34)</sup> ad *Persen*. *GALLUS* dicit. *Ulmis*, ulni arbores sunt in Italia, in quibus vites altius elevantur, ut sit optimum vinum. **GAUDENTIUS**.

Vs. 3. *Bouum pro omni pecore, ut maius animal minoribus non separetur, sicut de hominibus facit dicens: relliquias hominum atque inmitis Achillis.* *GALLUS* dicit. *Cultus*, habitus hominum, cultura agrorum. *Habendo*, dum habeantur. — *Cultus* pro cultura, cultura<sup>35)</sup> animi constat intentione, cultus autem in ipsa operi diligentia, ex eo verbum mi-  
rum<sup>36)</sup> illud in consuetudinem pervenit, ut pecora culta dicuntur.

Vs. 4. *Pecori, pecus* quod fructus gratia alitur, a quo et pecunia. *Experientia*, notitia, scientia; experientia actus rei, usu natam doctrinam<sup>37)</sup> experientiam Cicero dixit; proprii si quaeratur nihil est, sed imperiti sic solent, ut ab<sup>38)</sup> experientia experientiam dicant actum rei, experimentum rem ipsam. — *Apibus parcis*, apes parcendo suis dominis id est colligendo apes aëriae mel sacram eo quod cum luppiter in Creta celaretur in spe-  
luna, cibum ei offerebant, ideoque eas<sup>39)</sup> munere donavit, sine Venere mel parturire. *Apibus parcis*, quoniam apes minutatum conserunt et diligenter custodiunt. *Parcis*, servatricibus<sup>40)</sup> frugum, quia mel custodiunt.

Vs. 5. *Incipiām, non ut mathematicus, non enim de apibus in primo libro scripturus est, sed de oleagri cultura*<sup>41)</sup>. *Vos, invocatio.* — *Vos, o clarissima mundi lumina, [la-]bentem*<sup>42)</sup> *caelo quae ducitis annum, Liber et alma Ceres*, quaeritur, quos nunc deos istis nominibus significaverint. Quidam simpliciter intellegunt Liberum et Cererem, quos philosophi dicunt quasi oculos mundi; nam Liberum invocat, quod de vitibus dicturis sit, Cererem, quod de frugibus. **IUNILIUS** dicit. Quidam autem hunc Liberum solem vult intellegi, quod Liber evagetur, Cererem lunam, quod creat fructus; non enim aliter possunt<sup>43)</sup> segetes vigere<sup>44)</sup>, nisi fr̄int horum deorum eductiae ministerii<sup>45)</sup>. **GAUDENTIUS** dicit.

Vs. 7. *Liber et alma Ceres.* Stoici dicunt unum deum, sed pro<sup>46)</sup> vario officio varia nomina dicuntur, quia sol Liber pater et Apollo, luna Proserpina; secundum quosdam pro solo Liberum, pro luna Cererem invocat, quorum cursu tempora computantur, per lunam menses, per solem anni. *Vestro, creando.* *Si*, siquidem, nam confirmantis est si. — *Alma* ab alendo hic casta, alias pulchra, alias altrix significat. *Liber* sol, *Ceres* luna, *Liber*

27) Hoc membrum in B. deest. 28) B.: operator. 29) Cod. et B.: II modus. 30) Cod.: delatavit. B.: delatavim. 31) Hoc membrum deest in B. 32) Cod.: salicia. 33) Cod.: metafora. 34) Cod.: Hesioq.; 35) Cod.: cultura. 36) Cod.: mirrum. 37) Cod.: nata doctrina. 38) Cod.: ob. 39) Cod.: eis. 40) Cod.: servatrica; 41) Cod.: cultura. 42) Deest in cod. 43) Cod.: alices poss. 44) Cod.: inrere. 45) Cod.: deorum, dductemisteriis. 46) Cod.: per.

**et Ceres** sol et luna accipiuntur, ut per Liberum masculos<sup>50)</sup> deos significaret, per lunam vero feminas deas. Liber a libere commoveat, Luna enim obnoxia est, quia beneficium lumenis a sole accipit. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 8. *Chaoniam glandem* lucis Iovis, ubi Epiri glandem ante homines viderunt, quare dum *Chaoniam regio*<sup>51)</sup> est in Epiro, ubi Iuppiter praecipue colitur. *Quercus alta*<sup>52)</sup> arbor est in Iovis tutela<sup>53)</sup>, ex qua glandes nascebantur, quibus homines vescebantur, antequam essent fruges inventae. *GALLUS* dicit. — *Arista* pro frumento, speciem pro genere posuit. *Arista*, *Aristaeus*<sup>54)</sup> Apollinis et Cyrenae<sup>55)</sup> filius fuit, cuius fabula ista: quum aliquando in quasdam Graeciae civitates gravis pestilenta venerit, responsum dedit, aliter pestilentiam non posse sedari, nisi suo filio Aristaeo<sup>56)</sup> vovissent candidissima armenta; illi<sup>57)</sup> electos iuvencos candidos in Ceam insulam duxerunt et ibi reliquerunt. Hie Aristaeus, qui *Eurydiceen*<sup>58)</sup> uxorem Orphei in prato flores legentem, intermixtam nymphis adamavit, invocatur<sup>59)</sup>, quia hic primus aratri usum inventit. **GAUDENTIUS** dicit.

Vs. 9. *Achelonia*, *fluvialis*; Achelonus, fluvius, non quod ipse solus vino sit mixtus, sed ipsum pro qualibet aqua posuit, et hic fluvius ante omnes primo mixtus est vino. — *Achelonia*, do Acheloo pastore Italiae regis Oenei, qui primus arborem adulit suo domino Oeneo.

Vs. 10. *Praesentia*, propitia; *Fanni* dii silvestres Latinorum dicti a Fauno rege Italiae, vel a fando dicti, ut *VARRO* ait. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 11. *Ferte* et venite et date felicitatem<sup>60)</sup> carmini meo. — *Pedem*, versum. *Dryades*, ab arboribus dictae.

Vs. 13. *Fudit equum*, equum nunc dicit Arioneum; quum in Thessalia tridente terram<sup>61)</sup> Neptunus percussisset, exisse dicitur equus, unde Neptunus equester dictus est, id est *ittios*; ibi etiam natus est fons Hippocrate. Item in Thessalia primum equi nati sunt, ubi cum aliquando flumen esset stativum<sup>62)</sup> et quandam dirupum um habundasse, dictum est, Neptunum percussisse tridenti, quasi<sup>63)</sup> non credebat tantam vim aquae humano motu excitatam sed divino et ee est, nec reclusit capellum in Thessalia, in qua primum equi domari cooperunt, et Thessali adsidentes<sup>64)</sup> equis quum tauros sequerentur, gravibus eos vulneribus adficiabant et quosdam adprehensos domabant; illi dicti sunt perfelleres hippocentauri. *GALLUS* dicit. — *Equum*, Pegasum, quia Neptunus in principio terram percussit tridenti et inde equus Pegasus prosiluit, ut Mesapus, equum dominor, Neptuni proles. **IUNILIUS** dicit. — *Equum*, quum ab Ope pro Neptuno sit equus subpositus Saturno, pro love lapis, hic convenit Neptunum invokeare de equis dicturus. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 14. *Cultor* pro incola, id est Aristaeo, quem dicit Hesiodus Apollinem pastorem. *Ceae*, insula in Oceano fertilissima, Aristaeus<sup>65)</sup> hanc tenuit primo hominibus vacuam, postea ea relicta cum Daedalo<sup>66)</sup> transitum fecit in Sardiniam.

Vs. 15. *Ter centum* pro multis, *dumeta*, aspera pascua, spineta. — *Tondent*, rescutuntur.

Vs. 16. *Lycae*, Lycaeus mons Arcadiae.

Vs. 17. *Pan*. Pana Pindarus ex Apolline et Penelope in Lycae monte editum scribit, alii ex Aethere et Oenone. — *Si*, siquidem. *Maenala*, mons Arcadiae. —

Vs. 18. *O Tegae*, derivatum a Tegaeo, oppido Arcadiae, quin post mortem Ulixis Mercurius cum uxore eius Penelope concubuit et gravidam fecit, et in monte Maenalo iuxta oppidum Tegaeum parturit Pana ideoque dixit Tegaeum. *Tribrachys* Tegaeus peccra primus<sup>67)</sup>. — *Oleaeque Minervae*. Sunt qui dicunt Athenis prolatum esse olivae<sup>68)</sup> ramum

50) Cod.: masculum. 51) Cod.: regi. 52) Cod.: at. 53) Cod.: tutella. 54) Cod.: aristus. 55) Cod.: Coronae. 56) Cod.: illa. 57) Cod.: aristheus qui euridice. 58) Cod.: adamaverit iuvocat eum quia. 59) Cod.: et amato felicitatem. 60) Cod.: vitiissime: quā ute o salia tridenteā. 61) Cod.: esse stativum et quandā dirupum u habundasse. 62) Cod.: qz. 63) Cod.: domare cooperunt a tesalia adsidentes. 64) Cod.: aristei. 65) Cod.: declaro. 66) Sic cod. Legendum esse videtur: Tegaeum. Tegeum tribrachys, Tegeae paeon primus [tertius?]. 67) Cod.: ovile.

a Minerva; sunt qui putant olei humorem Minervae idcirco<sup>68)</sup> convenire, quod nulli possit misceri incorruptus, et integer comparabilis virgini deae, quae eximio parente progenerata est, quam sapientiam interpretantur, virtutem inviolabilem, ut Homerus. IUNILIUS dicit.

Vs. 19. *Puer.* Bene autem tacuit de nomine et generaliter ait puer, quia non unus aratum in toto orbe monstravit, sed diversi. *Puer, Triptōnum<sup>69)</sup>* dicit Celei filium, alii Osirum putant et ob quam rem ab Aegyptiis inter deos sit relatus. — *Puer, Triptolemus<sup>70)</sup>*. Ceres raptam Proserpinam cum quereret<sup>71)</sup>, hospitata est apud quandam et pro humanitate fruges Triptolemo<sup>72)</sup> dedit totumque orbem seminavit; dedit etiam dracones, quibus iunctis adsidet et reliqua, velut Philarus<sup>73)</sup> ait.

Vs. 20. *Silcane cypressum,* deus silvarum; hic adamavit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam cervam<sup>74)</sup>. Hanc cum Silvanus nescius occidisset, puer extinxit dolore, quem amator deus convertit in cypressum arborem eius nominis, quam solatio portare dicitur.

Vs. 21. *Ditique.* Post specialem invocationem generaliter dicit, ne quod numen praetereat. Haec [in] indigitamentis inveniuntur, id est in libris pontificalibus, qui nomina deorum et rationes nominum ipsorum continent. — *Tueri pro tuendi.*

Vs. 22. *Non ullo semine,* non iactas a nobis.

Vs. 23. *Satis, seminatis.* — *Caelo, deest e caelo.*

Vs. 24. *Tuque, o Caesar.* Adolatur Caesarem, quem vocat inter deos, quia deorum imperatores post mortem honorem meruerunt. Caesar autem in vita honores meruit divinos, ut Horatius ait: *praesenti tibi maturos largirun honores iurandasque tuum per nubes ponimus aras,* unde male quidam culpant Virgilium dicentem laudem per interitum; sed maximum est deum fieri.

Vs. 25. *Incertum est,* quem deum esse te velis, utrum caeli an maris, vel terrae possideas imperium. GALLUS dicit.

Vs. 26. *Maximus,* totus, ut: *quo maxima motu terra tremuit.* IUNILIUS dicit.

Vs. 27. *Auctorem,* ab augendo dictus velut sator, ut: *tu sanguinis ultimus auctor.* IUNILIUS dicit. — *Tempestatum, temporum, potentem ubique.*

Vs. 28. *Cingens, ornans; myrtle,* in honorem Veneris, a qua Augustus originem duxit. GALLUS dicit. — *Materna tempora myrto pro Iliam gentem<sup>75)</sup>.* IUNILIUS dicit.

Vs. 29. *Inmensi, totius mari.*

Vs. 30. *Sola, magna.* Thyle, insula Oceani inter septentrionem et occidentem, ultra Britanniam Hiberniamque et Orcadas.

Vs. 31. *Generum,* virum filiae. *Tethys,* uxor Oceano, Nymphaeum mater. *Emat* sit ad antiquum nupiūrum ritum pertinet, quo se vir et uxor invicem emebant. GALLUS dicit. — *Tethys,* iuxta honorem immortalitatis deam uxorem adiungit. IUNILIUS ait.

Vs. 32. *Tardis, longis, maioribus aestatis utilius.* Eleganter dicit tardis, quasi futurum sit, cum Caesar iverit<sup>76)</sup> in caelum hominum vita tendatur.

Vs. 33. *Erigonen,* ipsa est virgo Ergone, Icari<sup>77)</sup> Atheniensis filia, inter duodecim signa esse dicitur. Modo secundum Chaldaeos loquitur dicens, eum posse habere locum inter scorpium et virginem vel siriū, et ordo hi: in<sup>78)</sup> qua locus ipse tibi panditur<sup>79)</sup>. *Erigonén,* tropus metaphora<sup>80)</sup>. Ergone autem iustitiam dicit. Liber pater pro hospitio<sup>81)</sup> Icaro Atheniensi vinum dedit et usum vini monstravit; at ille pastoribus quum desisset et illi cupiditate non parvum bibissent, somno sunt oppressi, quorum parentes, asti-

<sup>68)</sup> Cod.: id circa. <sup>69)</sup> Cod.: treptuleum. <sup>70)</sup> Cod.: treptolemus. <sup>71)</sup> Cod.: coleret. <sup>72)</sup> Cod.: Trepulemo. <sup>73)</sup> Sic in codice. Intelligendum esse videtur sive Philochorus, qui in Athide sine dubio etiam de Cerere, Triptolemo aliisque ad mysteria spectantibus rebus locutus erat, sive Philostephanus (de inventis), cuius mentio apud Servium fit. <sup>74)</sup> Cod.: cevam. <sup>75)</sup> Iunilius igitur opinatus est, materna accusativum non ablativum esse. <sup>76)</sup> Cod.: bierit. <sup>77)</sup> In codice hoc nomen in tota adnotatio lacarus, Icari etc. scribitur. <sup>78)</sup> Cod.: hic em qua. <sup>79)</sup> Scholiasta punctum non post panditur, sed post tibi in Virgilii verso posuit. <sup>80)</sup> Cod.: trop'mea fera. <sup>81)</sup> Cod.: ospicio.

**mantes** veneno ab Icario esse necatos, cum lacerum occiderunt et cadaver eius in puteum proiecerunt; canis autem eius quem venisset Athenas quocunque modo significare coepit domini mortem. Icari<sup>11)</sup> autem filia Erigone suspicione tacta antecedentem canem secuta est. Quum ad puteum venisset animadvertisseque patris cadaver, sepelit, qua potuit optavitque, ut nisi Athenienses ulli essent Icari mortem, cadem morte periret, inde silentio vitam finivit, et quum pestilentie incidisset, responsum est, pastores eos poenam pro illis solutros<sup>12)</sup>; illi quum pastores punirent, pestilentia caruerunt. Liber autem memor, quod sua<sup>13)</sup> causa Icarus perit, filiam eius inter astra collocavit, quae est virgo, eiusque canem, qui quoties oritur vallis adulatur, quique sirius appellatur. *Scorpios* frigidus. Eleganter Virgilius locum scorpionis Augusto tradidit; siunt astrologi, i. e. Chaldaei, scorpionem locum duorum siderum in zodiaco tenere, et in locum, quem improbe occupat, sine iniuria cuiusquam Caesar invocatur. Bene dat Augusto regionem iustitiae.

Vs. 34. *Ipse tibi*, in tuum honorem gratiamque; *brachia* i. e. scorpiorum. *Ardens scorpius*, ardens ad illud refertur, quis Martis domicilium, nam tempus scorpiorum frigidum est, i. e. Novemboris. *Ardens*, commune omnibus, an proprie ad scorpionem refertur, quod sit ferventissimum signum, an ardens<sup>14)</sup> festinans et cupiens parare<sup>15)</sup> locum Augusto, ut: *manus micat ardens*. *Candidus*<sup>16)</sup>, id est Sirius, qui canis dicitur.

Vs. 36. *Quicquid eris*, quia cetera per parentes indicata sunt. — *Nam te nec sperrent*<sup>17)</sup> *tartara regem*, allegorice dicit, illum non debere mori, vel bene posse.

Vs. 38. *Quamevis Elysios* et reliqua. Quarerendum an ad auditores Graecos, an ad solum Homerum retulerit, qui in *Odyssea*<sup>18)</sup> campos laudat Elysios et adeo amoenos<sup>19)</sup> locos, quos praetulerit amori matris. *IUNIUS* dicit.

Vs. 39. *Nec repetita sequi* et reliqua, nec accepta facultate eam voluit sequi. *IUNIUS* dicit. *Matrem*, i. e. Cererem.

Vs. 40. *Da facilem cursum*, poëmatis<sup>20)</sup> adnue, fave. — *Coepitis*, verecunde dicit de suis viribus. *GALLUS* dicit.

Vs. 41. *Ignaros rusticos iuva*. — *Ignarosque viae* pro artis vel traditionis, vel rationis.

Vs. 42. *Votis*, sacrificiis, *iam nunc*, adhuc. — *Et votis iam nunc*, nam ut dixi, Augustus divinos meruit honores. *IUNIUS* dicit.

Vs. 43. *Vere novo*, expositio; *gelidus*, frigidus; *canis* uiae candidis quoque cum neva recenti incipiente vere id est Martio, qui initium anni est, quo nix de montibus solvitur. *Humor*<sup>21)</sup>, quia nix humida in montibus solet esse.

Vs. 44. *Liquitur*, fluid, manat; *zephyro*, calido vento.

Vs. 45. *Depresso*, cum infixo. — *Taurus*, speciem pro genere posuit; taurum enim bovem dicit, ut: *Coelicolum regi in litore taurum*, ubi non nisi<sup>22)</sup> bos intellegitur, taurum Iovi sacrificium non fit. *IUNIUS* dicit.

Vs. 46. *Sudeo*, aratri ductu, *splendescere*, splendere, ut calescere, calere. — *Lucretius* ait: *occulto decrescit*<sup>23)</sup> *vomer in areis*. Hic vomer et hic vomis et ab utroque huins vomeris dicimus.

Vs. 47. *Illa*, illa terra, vel gleba, vel illa seges. — *Avari*, parci.

Vs. 48. *Bis quae solem*, calorem dierum et noctium. — *Sentit*, arator; indicat autem his tempora<sup>24)</sup>, quibus seritur.

Vs. 49. *Illus*, parci agricultae. — *Ruperunt*, inpleverunt. —

Vs. 50. *Ignotum*, immensum; *ferro*, vomere. — *Quam scindimus*, id est antequam facimus; *aequor* pro campo. Hic metaphora, *Iso*.<sup>25)</sup>.

Vs. 51. *Varium caeli*, diversa caeli parte.

11) Cod.: morti iacari. 12) Cod.: solituros. 13) Cod.: sno. 14) Cod.: cordens. 15) Cod.: parere. 16) Videatur scribere volumoso: gelidus, et annotatio refers ad vs. 43. 17) Cod.: sperant. 18) Cod.: odyssea. 19) Cod.: amoenos. 20) Cod.: poenatis. 21) Cod.: Vmor. 22) Cod.: ubi nisi. 23) Cod.: decrefut. Uomer. 24) Cod.: tempore. 25) Cf. ad vs. 88.

Vs. 52. *Ac patrios et reliqua.* Tres res dicit, quemadmodum a maioribus sit *cultus* et quid melius ferat et quid recuset. — *Habitusque locorum* id est natura ut pluvias gaudeat, an temperie <sup>96)</sup> vel frigore.

Vs. 53. *Recuset*, abnvet.

Vs. 54. *Veniant*, proveniunt, et provenire fructus dicuntur. *Iunilius* dicit. — *Ve-*  
*niant*, crescunt, ut: *pulchra venies in corpore virtus*, id est cresces <sup>97)</sup>. *Gallus* dicit.

Vs. 55. *Arborei fetus*, poma <sup>98)</sup>. *Alibi*, alio loco. Inter alibi et aliubi hoc inter-  
est: alibi est alias, aliubi alio loco. — *Atque injussae*, sine studio, sine cultura, nam fru-  
menta inissa nascuntur. *Virescunt*, revirescunt.

Vs. 56. *Nonne* <sup>99)</sup> *vides*, argumentatio ac si <sup>1)</sup> dicat, si una provincia ferre non pot-  
est, quanto magis unus ager. — *Tmolus*, mons in Lydia, ubi odores nascuntur, vel mons  
Ciliciae <sup>2)</sup>, in eo croceum nascitur.

Vs. 57. *Molles Sabaei*, aut delicati, aut toto corpore vestiti, vel suavei eo, quod sub  
aere clementiores sunt. — *Molles Sabaei*, populi sunt iuxta Syriam et Arabiam; Sabaeum  
oppidum in Arabia, in quo thus nascitur suave <sup>3)</sup>.

Vs. 58. *Chalybes*, gens in Ponto, inventrix ferri, dicti a Chalybia Euboeae <sup>4)</sup> vico,  
quod hinc coloni sunt. *Iunilius* <sup>5)</sup> dicit. — *Nudi*, duri.

Vs. 59. *Castorea*, testiculos. *Eliadum*, Elis urbs Peloponnesi ab Elo <sup>6)</sup> dicta. *Iuni-*  
*lius* <sup>7)</sup> dicit. Epirus in Europa, in qua equi optimi. *Iunilius* dicit. — *Castorea*, castores  
dicuntur, id est canes silvestres, qui in Ponto tantum nascuntur, quos Latini febros dicunt,  
quorum testiculi pretiosi <sup>8)</sup> sunt ad medicamenta, et virus, quod habent castoreum dicitur,  
ut in physiologi <sup>9)</sup> libro dicitur <sup>10)</sup>. *Iunilius* dicit.

Vs. 61. *Imposuit* quicquid frugis debeat proferre.

Vs. 62. *Deucalion*. Quum in Thessalia alio tempore flumina abundabant <sup>11)</sup> et omnes  
alta loca petebant, Deucalion Thessalus et Pyrrha, dea vel filia terrae, lapides iactaverunt in  
terram. Lapides quos <sup>12)</sup> Deucalion iactavit in masculos versi sunt, lapides vero, quos Pyrrha  
in feminas. Hinc genus humanum. — *Vacuum* hominibus.

Vs. 63. *Durum genus*, quod et lapidibus constat secundum historiam Deucalionis.  
*Terra*, genitivus casus.

Vs. 64. *Pingue*, reddit ad solum. — *Primis*, veris tempore.

Vs. 65. *Invertant*, arent.

Vs. 66. *Pulverulenta* id est contrita propter hiemem, quae pulverulenta <sup>13)</sup> facit. Hie  
metaphora vel epitheton est. — *Coquat*, glebam vertit in pulverem; *maturis*, pro maturis  
facientibus aut plenis et legitimis; *solibus*, diebus.

Vs. 67. *Sub ipsum*. In et sub cum <sup>14)</sup> accusativo casu iungitur, cum adversum vel  
ante significat: *ibat in Eryxum*, et *sub ipsum Arcturum* pro ante, ut Donatus dicit in  
Aeneidem. — *Sub ipsum*, prope ipsum, ut in VI. *Ecce primus sub limina* id est prope  
limina. *Sub ipsum Arcturum*, autumnali <sup>15)</sup> tempore, quo Arcturus oritur. *Sub*, quando  
tempus significat, accusativo gaudet <sup>16)</sup>, ut hic sub ipsum Arcturum, circa ipsum Arcturum <sup>17)</sup>.

Vs. 68. *Arcturum*, Arcturus qui *Bootes* <sup>18)</sup> dictus, quod ursos <sup>19)</sup> putant quidam bo-  
reali circulo contineri. *Bootes* autem quod plaustrum hic oritur ad kalendas Octobris <sup>20)</sup>. —  
*Suspendere*, leviter arare. —

Vs. 69. *Ilic*, in terra forti et pingui. *Officiant*, obsint, noceant. —

Vs. 70. *Hic*, intenui et infecunda. — *Ne deserat humor arenam* <sup>21)</sup>, minus secundam  
terrā aquis inrigare iubet. —

96) Cod.: tēpore. 97) Cod.: crescens. 98) Cod.: pomo. 99) Cod.: Nunne. 1) Cod.: hac  
si. 2) Cod.: scilicet. 3) Cod.: suave. 4) Cod.: euboiae. 5) Cod.: Nunilius. 6) Cod.: helis-  
tum helis — helo. 7) Cod.: Nun. 8) Cod.: praetiosa. 9) Cod.: phisiologi. 10) Cod.: dicit  
11) Cod.: habundabant. 12) Cod.: quo. 13) Cod.: pulverulentia. 14) Cod.: subtant. 15) Cod.:  
autumnali. 16) Cod.: suadet. 17) Cod.: arcturus. 18) Cod.: bo otus. 19) Cod.: ursus. 20) Cod.:  
ad Octobrī. 21) Cod.: haraenam.

Vs. 71. *Alternis*, per vices adverbialiter dixit, id est agricola. — *Tonsas*, agros messos, qui alternis vacant. *Novales*, quin sementia novantur. *Novalia* prima rura prosciissa; has novales et haec<sup>22)</sup> novalia dicunt. —

Vs. 72. *Segnem*, sterilem, qui nihil ferat. *Durescere campum*, ut redeat in vires priores. — *Segnem* pro cessante dicit. *Patiere*, patieris. *Situ*, positione.

Vs. 73. *Mutato sidere*, in principio veris, alternis annis vel anno.

Vs. 74. *Laetum*, fertile, pingue. *Legumen*. Legumina dicuntur, quaecunque non falce succiduntur, sed manu leguntur. — *Siliqua quassante folliculo sonante*<sup>23)</sup>.

Vs. 75. *Tenuis*, vicia enim vix ad triplicem pervenit fructum. *Viciae*, gestus leguminis. *Tristisque lupini*, quia tristes<sup>24)</sup> faciat propter amaritudinem, incocitus enim amarus est.

Vs. 76. *Silvamque sonantem*, ubi enim faba tolluntur, sonant silva. —

Vs. 77. *Urit*, excerpst, vexat linum, avenas<sup>25)</sup>, papavera. Bene excerpst linum, avenas, papavera et dicit post haec frumenta non esse serenda, nam licet manu legantur et sint inter legumina, viribus tamen frumentis aequantur.

Vs. 78. *Lethaoe* id est plena oblivionis, nam Ceres Iove admonente dicitur cibo papaveris orbitatis obliterata, et revera papaver gignit soporem, nam ad dolorem obliviscendum in potionibus datur. — *Perfusa papavera somno*. Qui papavera manducat<sup>26)</sup>, cito somno opprimitur, est enim papaver somniferum. *IUNIUS* dicit.

Vs. 79. *Sed tamen et reliqua*, redit ad praeceptum.

Vs. 80. *Pingui*, umido<sup>27)</sup>.

Vs. 81. *Effetas continua fertilitate*; *cinerem*, cinis stercoratio<sup>28)</sup>, intermissione arandi, incensio stipularum. *GALLUS* dicit. — *Inmundum*, sordidum, ad discretionem illius, quo utitur puella.

Vs. 82. *Requiescunt*, quia per intermissionem arationis roborantur, quam rem repetit dicendo: *nec ulla*.

Vs. 83. *Inaratae*, non satae; haeret ad illud, quod dixeram: *tondas* *Caecare novalis*.

Vs. 84. *Incendere*, igni. — *Exurere agros*, non agros, sed quae in agris sunt.

Vs. 85. *Crepitantibus*, sonantibus.

Vs. 86. *Pabula terrae*, diligenter plures causas exsequitur, quibus certe aliqua prvidisse videantur.

Vs. 88. *Exudat*, exsiccatur, excoquitur; hic hypallage, dum non humor exudat, sed terra. *Isti*<sup>29)</sup> ait.

Vs. 89. *Caeca spiramenta*, breves cavernas, per quas sudor emanat.

Vs. 90. *Spiramenta* vocal poros. Pori sunt minutissima foramina, per quae exit sudor a corporibus. Cutis enim humana tota est plena foraminibus, quamvis non videantur<sup>30)</sup>.

Vs. 92. *Tenues*, lactea et penetrabilis. — *Rapidi*, velocis.

Vs. 93. *Atrior* pro duobus vel pro uno. — *Penetrabile*, non quod penetrat, sed quod facile penetratur. *IUNIUS* dicit. *Aduret*, siccat, ad solem et ad frigus pertinet; uno sermone duo diversa conclusit clausula. —

Vs. 94. *Multum adeo* et reliqua. Ordo hic est: multum adeo adiuvat arva, rastris qui frangit aut vimineas trahit crates. — *Rastris*, hos rastros, haec rasta. *Inertiis*, pigras, non fertiles. Iners enim sine arte, qui nullum rei affectum habet; item glebae nunc appellantur incrites metaphorice.

Vs. 95. *Vimineas*, lentes atque<sup>31)</sup> graciles virgas; *trahit*, avellit.

22) Cod.: ut ut novalia dicuntur. 23) Cod.: folio lasonante. 24) Cod.: triste. \*) Cod.: linave. 25) Cod.: manducit. 26) Cod.: umido. 27) Cod.: stercoratio. 28) Hoc scripturae compendium, quod nonnumquam, ubi de figuris loquendi sermo iniicitur (cf. supra vs. 50.), obivium est, incertum, quem grammaticum significet. Cf. ad ecl. X. init. 29) Verba: cutis — videantur, ab alia sed satis antiqua manu in codice scripta sunt. 30) Cod.: adque.

Vs. 96. *Flaea* propter aristarum maturitatem. *Flavam* quidam putant deam, quae flavescentibus frugibus favent<sup>21)</sup>). *IUNILIUS* dicit. — *Nequicquam sine causa; spectat Olympo,* sedeat in caelo et prospiciat<sup>22)</sup> laborantibus favens. *IUNILIUS* dicit.

Vs. 97. *Processio*, conveniens verbum. — *Aequore terga, campo terra, quam araverit.*

Vs. 98. *Rursus*, scilicet autumnali tempore, quando cum seminibus aratur. — *Per-  
rumpit*, bene perrumpit obliqua aratione contra sulcum, ut rustici dicunt cancellate<sup>23)</sup> arare. —

Vs. 99. *Atque imperat arris*, ut tantum ferant, quantum ipse desiderat. — *Imperat*, elegans translatio, nam de militibus dicitur.

Vs. 100. *Humida*<sup>24)</sup>, ut humida fiant. *Humida solstitia*. Quomodo congruit, cum alterum hibernum, alterum aestivum, et sunt alii, qui solstitia pro solsticio dicunt referentes ad aestivum. — *Humida solstitia*, alii solstitia pro aequinoctiis verno et autumnali accipiunt, alii pro aestatis. *Orate*, id est, o agricolae.

Vs. 101. *Pulvere*. Serenitas pulverem creat. — *Farræ*, frumenta.

Vs. 102. *Nullo tantum se Moesia cultu*, quantum humida solstitia et hiemes serenae, id est, quamvis collocatur optime Moesia, tamen nullo cultu se iacet, quantum ea terra, quae huiusmodi habet caeli temperiem. — *Moesia*, regio Asiae uberrima, vel Moesia tres sunt, Moesia Gargara, Moesia superior, Moesiaca in Asia provincia et civitas Phrygiae non longe a Troja prope Gargara, montes Phrygios. —

Vs. 103. *Et ipsa suas mirantur Gargara messes*, phantasia poetica in re inanimali. *Gargara*, pars Idae montis in Phrygia, nunc vero Troade<sup>25)</sup>), quoniam Troes Phryges dicuntur. — *Gargara*, regio Asiae, etiam mons vocatur Gargara, mons Apuliae.

Vs. 104. *Iacto*, iactato; *comminus*, prope, sed nunc statim.

Vs. 105. *Ruit, frangit, avertit, dissipat*. — *Male pingues arenae, non fertilis.*

Vs. 106. *Deinde*, ante generaliter, nunc specialiter agriculturam. — *Satis, segetibus seminatis*. Satis participium est. *Sequentis*<sup>26)</sup>, iugis.

Vs. 107. *Exustus* calore aestatis. *Morientibus secundum Pythagoricos*<sup>27)</sup> dicit, qui dicunt, omne quod crescit animam habere. — *Aestnat*<sup>28)</sup>, calefacit.

Vs. 108. *Ecce supercilio*, quasi superiore clivo; *clivosi, inclinati*. — *Clivosi tramitis* ex improvisa altitudine terrarum, nunc ab alto, metaphorice ab animali. —

Vs. 109. *Elicit*, evocat, inducit; *levia saxe calctilos* dicit. — *Raucum non solum ad utilitatem* hanc rem, sed et voluptatem. —

Vs. 110. *Ciet, inriget vel canet*. *Scatebris, scaturigines*<sup>29)</sup> dicuntur venae aquarum, sed in arido solo, aqua quae ebullit atque ibi oritur<sup>30)</sup>, id est fervens, quae scaturire dicitur, id est glomerare, aequare pro operire. — *Scatebris salientibus*. Scaturigines sunt ebullitiones, quas facit aqua, quam in unum locum coadunatur.

Vs. 112. *Luxuriam περιφαστικῶς* dicit; ostendit rem superfluam et nocturam, nisi amputaretur. Luxus dicitur omnis superfluitas. *Luxuriem segetum* dicit quando nimium excrescent et tunc eas depasci<sup>31)</sup>). — *Tenera depascit in herba*, herbae adhuc tenerae, antequam in culmos cogantur.

Vs. 113. *Quigne paludis* et reliqua. Ordo est: paludis humorem<sup>32)</sup> deducit collectum bibula arena. Haec cultura priori contraria est, nam ut illa sicco agro aquam<sup>33)</sup> immittit, ita haec abundantem<sup>34)</sup> aquam deducit veris temporum pro varietate eris.

Vs. 114. *Deducit, derivat*<sup>35)</sup>, siccet, trahit, plastrum aquam derivari ex agris.

Vs. 115. *Praesertim, maxime; incertis inopportunis; incertos menses quoescunque* qui afferant variam tempestatem, an<sup>36)</sup> proprie ad vernos. — *Incertis si mensibus, veris [et] autumni quam biemis*<sup>37)</sup>, certum frigus, in aestate calor.

21) Cod.: *flaveat*. 22) Cod.: *prospiciet*. 23) Cod.: *cancellate*. 24) Cod.: *Umida*. \*) Cod.: *ida*. 25) Cod.: *sequestis*. 26) Cod.: *phitagoricos*. 27) Cod.: *Haestua*. 28) Cod.: *scat"mes*. 29) Cod.: *ebulliat atq[ue] ibi oritur*. 30) Cod.: *depasci eass*. 31) Cod.: *umore*. 32) Cod.: *quam*. 33) Cod.: *habundantem*. 34) Cod.: *dirivat*. 35) Cod.: *AN*. 36) Cod.: *hieme*.

Vs. 116. *Exit.* Exire amnes dicuntur, quando exuberant; exit dixit, ubi non sic aggeribus ruptis: cum spumeus exit. — *Obducto*, superfuso, superlito. *Limo*, limus infimum lumen, unde et viatores attinguntur.

Vs. 117. *Tepido*, noxio, inutili. — *Lacunae*, cava loca, quae aquam concipiunt pluviale<sup>47)</sup>.

Vs. 118. *Nec tamen*, ordo: nec tamen nihil officiunt, cum haec sint.

Vs. 119. *Inprobus anser*, inprobum dicit anserem, quia fugatus redeat, referens ad animum rusticorum, an potius pro avido cibi, id est insatiabiliter nulli probabilis et anseres agrestes<sup>48)</sup> dicunt. *Iunilius* dicit.

Vs. 120. *Strymoniae*. Strymon fluvius Macedoniae vel Thraciae per duos alveos descendens<sup>49)</sup> lacum magnum efficit. *Amaris*, amaro succo. *Intiba*. Hic intiba neutrum est et frequenter hic intibus; est intibus in singulari numero masculinum in plurali vero neutrum. Intiba vena quedam pessima et nervi amari terrae. *Officiunt*, nocent. — *Fibris*, fibrae summae partes iecorum sunt; nunc frumentum dicitur.

Vs. 121. *Nocet* frugibus. *Pater*, Triptolemus<sup>50)</sup> vel Iuppiter.

Vs. 124. *Vetero*, est morbus, qui et intercus dicitur, graece ὑδραιψ; hic ponitur pro pigritia. *Torpore*, stupore. — *Vetero*, morbi nomen, otio, pigritia, desidia hydroperorum, vel veternum torporem quandam corporis, quo quasi inveterascat corpus.

Vs. 125. *Ante* id est regna. *Ante Iovem* et reliqua. Iovem dicit fecisse ea quae in vituperationem veniunt, sed hoc loco defendit dicens *acuens mortalia corda* et reliqua. — *Ante Iovem* et reliqua. Dicunt Iovem commutasse omnia, cum bonus a malo non discerneretur, terra omnia liberius ferente, quod Calvus canit. *Iunilius* dicit. Subigo multos sensus habet. Subigo est fodi et subigo est exaro et subigo acuo, ut: *subigit in cote secures*.

Vs. 126. *Limite*. Limes fossa in agro, quae inutilem concipit opinionem. *Iunilius* dicit. Limes est petrum, quod ponitur pro signo inter duos campos<sup>51)</sup>. — *Limite*, termino. Inter limitem et terminum hoc interest, limes consecratus adeo terminus.

Vs. 127. *In medium*, in commune. — *Quaerebant*, adquaeberant.

Vs. 128. *Liberius*, largius. — *Nullo poscente*, ferebat ultra, ut supra dixit in eclogis.

Vs. 129. *Ille*, Iuppiter. *Virus* venenum. *Malum virus* ad discretionem epitheton, nam virus et bonum et malum est sicut venenum, licet sub Saturno serpentes fuerunt, sed sine veneno.

Vs. 130. *Moreri*, navigari.

Vs. 131. *Removit*, non sustulit, sed occuluit<sup>52)</sup>.

Vs. 132. *Ricis*, quidam vini rivi fuerunt. *Iunilius* dicit. — *Repressit*, inhibuit, hyperbole loquitur.

Vs. 132. *Extunderet*, studiose reperiret; extunderet a fabris translatio. *Iunilius* dicit.

Vs. 134. *Paulatim*, bene paulatim, quia ars gradibus quibusdam excogitat. *Iunilius* dicit. — *Sulcis ductis aratro*<sup>53)</sup>. *Frumenti*, segetis, *herbam* periphrasis segetis<sup>54)</sup>.

Vs. 136. *Altos*, rates.

Vs. 137. *Numeros*, modos, ut dicerentur septemtrio septem stellarum.

Vs. 138. *Pletades*<sup>55)</sup> ortu suo primae navigationis tempus ostendit; Pleiades sunt stellae, quae in cauda tauri positae in vere oriuntur et vergiliee nuncupantur<sup>56)</sup>. *Hyadas*, stellae quee in fronte tauri septem, ut Chaldaei tradunt, nutrices Liberi patris, appellatae, ut Musaeus scripsit, ab Hya fratre, quem in venatione interemptum fleverunt. *Iunilius* dicit. — Pleiades<sup>57)</sup> sunt stellae in fronte tauri, quae et vergiliee dicuntur, dictae vergiliee, quod vernali tempore oriuntur; Hyades sunt in genu illius, quae et culuae dicuntur<sup>58)</sup>. — *Hyadas*, alii ab eo Hyadas esse putant, quod ortu suo pluviae nascuntur, quae a nautis culuae<sup>59)</sup>

47) Cod.: pluviale. 48) Cod.: et inseres et agrestes. 49) Cod.: descendens. 50) Cod.: ire-pletem. 51) Limes est petrum—campos, in codice sunt a manu recentiore scripta. 52) Cod.: seculo nulli. 53) aratri. 54) segetes. 55) Plyades. 56) vergiliee nuncupant. 57) Pliades. 58) Cod.: se-tilse duū. Verba Pliades sunt — dicuntur a manu recentiore sunt adscripta. 59) Cod.: syculae

dicuntur et in modum Y litterae in fronte tauri sunt. *Claram* quia non occidit, aut quia alias non clarae. *Lycaonis Arcton* id est matrem septentrionem, quia minor cynosura <sup>60)</sup> dicitur. *Lycaonis* <sup>61)</sup> subauditur filia, id est ursa, in quam transfigurata est Caliston, *Lycaonis* filia.

Vs. 139. *Fallere* <sup>62)</sup> risco ad aves capiendas.

Vs. 140. *Funda*, genus retis fundendo dicti, unde fundatores dicuntur; quia lapidem stuppeis vinculis iaciunt, sic et iaculum dictum iactando. —

Vs. 142. *Allus*, piscator.

Vs. 143. *Rigor*, acies, ut: *rigido ense ferit*; rigor, durities, inde rigidus amor dicitur. *Lamina* <sup>63)</sup> plures per laminam dixit. — *Argulae*, stridulae serrae. *Pernix* discipulus Daedali serrae usum primus invenit. *Iunilius* dicit.

Vs. 145. *Artes*, Persius <sup>64)</sup>: magister artis, ingenique largitor venter negatus artifex sequi <sup>65)</sup> voces.

Vs. 146. *Inprobus*, magnus.

Vs. 147. *Prima Ceres* et reliqua. Omne agriculturæ genus hominibus indicavit alii dicunt Osirim, vel Triptolemum aratrum invenisse obiciunt, sed aliud est omnem invenire agriculturam, aliud imam rem. — *Ferro*, vomere. *Prima Ceres* et reliqua. Cum enumeraverit ea que ab Iove inventa sunt, alia quea ad usum arandi pertinent prima a Cere inventa meminit.

Vs. 148. *Arbuta*, genus viminis rubra poma habens, quae Plinius unidonæas vocat.

Vs. 149. *Deficerent*, quia quercus mel adferebant. *Dodona*, civitas Epiri iuxta quam nemus Iovi consecratum et abundans <sup>66)</sup> glandibus, vel locus in Chaonia, ubi præcipue Iuppiter colebatur. *Gallus* dicit. — *Silvae*, quarum sterilitate significatur ceterarum secundarum. *Dodona* quercum significat, quae commater illa Dodonæi Iovis. *Iunilius* dicit.

Vs. 150. *Mox et frumentis labor additus*, quia ante erat labor, sed tantum herbarum ut ciborum, postea accessit rubiginis labor.

Vs. 151. *Esset*, consumeret. *Rubigo*, genus vitii, quo culmi pereunt abusive, proprie vitium obscoenæ libidinis, quod ulcus vocatur, ut Varro ait. — *Segnis*, inutilis, infecundus, quia segnes facit carduus ubi calcatur.

Vs. 152. *Subit aspera sita*, de herbis dicta.

Vs. 153. *Tribuli*, spinæ. — *Nitentia*, viridiania <sup>67)</sup>.

Vs. 154. *Infelix* ad discretionem earum, quae seruntur. *Dominantur avenae*, quod altius inter segetes crescent, ideo dominantur dixit. — *Infelix*, quia nullum facit fructum, sed magis messibus obest. *Avenae*, herbae messibus nocivæ.

Vs. 155. *Quod nisi et reliqua*. Haec superioribus addit, nam illic dixit *amaris intiba fibris*. *Insectabere*, insectaberis, id est nisi araveris. — *Rastris* raritatem denuo dicti, insectabere rastris haeret *amaris intiba fibris*.

Vs. 156. *Et sonitu terribis ares*, haeret *inprobus anser*. — *Et ruris opaci falce premes*, haeret aut *umbra nocet*.

Vs. 157. *Premes*, supprimes, incides, compesces. *Falce premes umbras*, nisi falce templaveris ramos. — *Votisque rocareris imbrem*, haeret *humida solstitia*. *Iunilius* haec coniungit.

Vs. 158. *Heu, o*; suo more ingemit <sup>68)</sup> referens ad personam, de qua loquitur. — *Accervum*, multitudinem frugum. —

Vs. 159. *Quercu*, glandes ad \*victum colligendo.

Vs. 160. *Arma*, instrumenta, ut cerealia arma.

Vs. 162. *Vomis* et vomer vomeris faciunt, et ex eo dictus, quod trudendo vomat terram. — *Inflexi*, pro flexi, inflexi propter sulcos altius imprimendos.

<sup>60)</sup> cinosa. <sup>61)</sup> licanis. <sup>62)</sup> fallere. <sup>63)</sup> In cod.: lāmina et lāminam <sup>64)</sup> Perseus. <sup>65)</sup> In cod.: ingenii largitor venter negat' artifices sequi. <sup>66)</sup> habundans. <sup>67)</sup> viridentia. <sup>68)</sup> ingemal.

Vs. 163. *Eleusinae*, civitas Atticae hanc longe ab Athenis <sup>19)</sup>, in qua quum regnaret *Celeus* <sup>20)</sup> et Cerecerem querentem filiam susciperet hospitio, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturae et ibi maxime colitur. *Plausta*, vehiculum bubus aptum. — *Eleusinae*, Eleusinam ab Eleusine urbe Atticae, in qua Ceres adorabatur <sup>21)</sup>. *Matris*, matrem autem Eleusiniam <sup>22)</sup> Cerecerem dicit, nam ut veteres patres deos dicebant, ita et deas matres, deam matrem vestram Cereremque. *IUNILIC*s dicit.

Vs. 164. *Tribula*, genus vehiculi, quo frumenta teruntur in areis <sup>23)</sup>. *Iniquo*, gravi; iniquum ab inaequalitate dictum. — *Trahae*, genus vehiculi a trahendo dictum, quia non habet rotas. *Iniquo pondere*, quia quae iniqua sunt pondere praegravantur.

Vs. 165. *Celei*, Celeus antistes Cereris, Eleusinorum rex, non utique honestus, qui ex virginibus habuit plurimam suppellecilem. — *Vilis*, quod vili pretio ematur suppellex usurpatum est nam artis est. Suppellectile est <sup>24)</sup> domus instrumentum.

Vs. 166. *Arbuteae crateres*, conjunctiae in se virgines. *Vannus* alveus ex viminibus factus, corio despicer tectus <sup>25)</sup>, quo in areis rustici voluntur, discernentes fruges et paleas. *Vannus* dictus quasi annus, quod patens sit. — *Mystica*, quia mysterii Liberi patris adhibetur, et mystica quia instrumentum purgationis est. *Iacchi* id est Bacchi. —

Vs. 170. *In burim*, buris dicta a bustione, igni enim flectitur. — *Buris curvamentum aratri* est dictum quasi basura, quod in similitudinem caudae bovis. —

Vs. 172. *Binae aures*, duas quibus latior sulcus efficitur. — *Duplici*, lato. *Dentalia*, dentale <sup>26)</sup> lignum, in quo vomer inducitur.

Vs. 173. *Ante*, ante tempus necessarium caeditur, ut exsiccatum fiat leve. — *Iugo* id est ad iugum; *alta*, longa.

Vs. 174. *Stiva*, gubernaculum aratri, ut Nigidius ait. — *Curtus*, rotas ideo currus ait, quia in Gallia et in Britannia et aliis regionibus aratra axes habent et rotas et sic arant. *IUNILIC*s dicit.

Vs. 175. *Et suspensa*, radicibus evulsa. — *Explorat*, siccatur, bene agit, explorat, quia vilia materiae ex eo apparent. *IUNILIC*s dicit.

Vs. 176. *Possuta*, iucunde commemorat abundantiam <sup>27)</sup> peritiae sue in rusticis rebns.

Vs. 177. *Tenuis*, subtilitatem studii ostendit.

Vs. 178. *Area* exaruisse dicitur carens humore <sup>28)</sup>, ut in urbe area Vulcani dicitur. *Cum primis*, hysteroproteron posuit, prius enim manu terra vertitur <sup>29)</sup>, deinde solidatur glarca <sup>30)</sup>, postremo aequatur. Eventum da <sup>31)</sup>. Bene triplicem ordinem facit, primo enim sit vertenda est area, post cylindro aequanda est, tertio creta tenaci solidanda. — *Cylindro*, lapide rotundo in modum columnae, qui volubilitate nomen accepit, quo area aequatur.

Vs. 179. *Creta*, alba terra.

Vs. 180. *Neu pulvere victa fatiscat*, hypallage est pro victa fatiscat in pulverem. *Pulvere fatiscat* i. e. in pulverem solvatur. — *Fatiscat*, dehiscat, crepet,

Vs. 181. *Inludant*, nocent. — *Exiguus*, debuit enim dicere parvus; exiguis namque cui aliiquid ex debito detrahitur aut aliqua pars corporis aufertur, parvus vero mus naturae <sup>32)</sup>.

Vs. 182. *Domus atque horrea*, domus et horrea <sup>33)</sup> ait, ut copiam abrepti frumenti exprimeret. *IUNILIC*s dicit.

Vs. 183. *Capti*, caeci; *capti talpae*, mutavit genus, ut bucolicis: *timidi damae*. *Talpa*, genus bestiae.

Vs. 184. *Bufo*, rana terrestris nimiae magnitudinis. — *Plurima terrae*, talia purgamenta terrae.

Vs. 185. *Populat*, despoliat.

<sup>19)</sup> hanc et attenens. <sup>20)</sup> Cod.: *Caelous*, et paulo post: *ospicio*. <sup>21)</sup> ares adorabat. <sup>22)</sup> eleusinam. <sup>23)</sup> frumentatae rurunt larcis. <sup>24)</sup> suppellecilia. <sup>25)</sup> Cod.: factū ei tectū. <sup>26)</sup> dentale. <sup>27)</sup> habundantipm. <sup>28)</sup> umore. <sup>29)</sup> avertitur. <sup>30)</sup> area. <sup>31)</sup> In his codicis verbis latere videatur: cylindro. Cf. quae sequuntur. <sup>32)</sup> parve rotus naturae. <sup>33)</sup> orrea, utroque loco.

Vs. 186. *Curculio*. Varro sit hoc nomen per antistichum <sup>84)</sup> dictum, quasi gurgulio genus bestiae, quae semper querit alienum auxilium. *Metuens formica*, non tantum ad formicas, sed ad generales pertinet. — *Inopi senectae*, senectuti, generale epitheton <sup>85)</sup> senectutis est.

Vs. 187. *Contemplator* futuri temporis imperativus modus. *Plurima*, longa abellana id est amygdala, ut plurima cervix. — *Contemplator* item prognosticon est anni futuri fertili vel infecundi. *Plurima*, longa, amygdalum vult intelligi.

Vs. 188. *Inducet*, se infundet. — *Et ramos curebat*, propter pondus pomorum; bene elegit arborem, quae primo foliis vestitur.

Vs. 189. *Si superant foetus*, si abundat <sup>86)</sup> nux. — *Pariter*, similiter, itidem.

Vs. 190. *Calore*, aestate, aestum nimium fore dicit.

Vs. 191. *Exuberat*, fluit, abundat <sup>87)</sup>.

Vs. 192. *Nequicquam pinguis*, non pingues in frugibus. — *Paleae*, paleam contra artem dixit, quia que ex pluribus constant <sup>88)</sup> numeri sunt [pluralis <sup>89)</sup>], ut cancelli, paleae. *Culmos*, strages piscarum.

Vs. 193. *Semina vidi*, incipit dicere de medicamentis; leguminibus medicare pro medicamentis adsperrgere. — *Serentes*, serere volentes.

Vs. 194. *Nitro*, aqua ut puto. — *Amurca*, humor <sup>90)</sup> expressus ex oleo, id est feces olei. —

Vs. 195. *Fallacibus*, quae fallere plerumque solent.

Vs. 196. *Et quamvis et reliqua*. Ordo: quamvis cito coquerentur, vidi ea tamen degenerare.

Vs. 197. *Spectata*, probata; *labore hominum*, ut *rebus spectata iacentus*.

Vs. 198. *Ni*, nisi.

Vs. 201. *Lembum*, naviculam brevem.

Vs. 202. *Subigit*, sursum <sup>91)</sup> agit, remiget, impellit, urget.

Vs. 203. *Alrens* media pars annis, et maxime altissima. — *Sensum parabola finit.*

Vs. 204. *Præterea*, astrologiam rusticam dicit; *Arcturi*, periphrasis est pro Arcturi sidus. — *Arcturi*, septentrionis, cuius ortu tempestas fit, vel stellae in signo Bootae.

Vs. 205. *Hoedorum*. Antiqui antequam adspiratio esset inventa, littera utebantur, et quod nos dicimus hoedi, illi foedi dixerunt, et nos fortuna, illi ortuna, et ideo postquam inventa est, hoedi dicuntur. — *Hoedorumque dies*. Auriga signum est haud <sup>92)</sup> longe a septentrione, cuius pedem cornu tauri una stella adiungit. *Lucidus anguis*. Tres sunt angues in caelo, unus inter septentrionem, alter Ophiuchi <sup>93)</sup>, tertius australis, in quo crater et corvus, de quo nunc proprie dicuntur.

Vs. 206. *Vectis* id est hi sunt qui vehuntur.

Vs. 207. *Ponti*, regio Asiae. *Ostriferi*, in quo ostreae multae sunt. — *Abydi*. Sestos <sup>94)</sup> et Abydos civitates Hellestropi, quae angusto et periculoso fredo <sup>95)</sup> segregantur, vel *Abydi*, emcule sunt <sup>96)</sup>, unde fit purpura.

Vs. 208. *Libra*, acquinoctium autumnale, in quo sol in libra <sup>97)</sup> sit, vernali enim in ariete. Varro scripsit, ab *aequinoctio autumnali nobis serendum usque ad diem XC. post brumam*. — *Die* pro diei. *Die somnique* antitheton, diei somnum reddidit non nocti venus enim per somnum significat, quia per id tempus dici somno opera datur. *IUNILIUS* dicit.

Vs. 209. *Luci atque umbris*, idem antitheton <sup>98)</sup> nam luci umbram noni nocti reddidit.

Vs. 210. *Exerceite viri tauros*, observat praedicta, ut *taurus aratro*. *Hordea* <sup>99)</sup> usurpatrice tres casus tantum pluralis dicuntur. — *Serite hordea* <sup>100)</sup>, notandum, quod frumenta autumno serenda dicat, leguminaria vero vere.

<sup>84)</sup> antesti ē. <sup>85)</sup> Haec tali modo in codice leguntur: *Inopi geniali senecte senectuti sepe te ionse necutis*. <sup>86)</sup> habundat. <sup>87)</sup> constat. <sup>88)</sup> Hoc voc. in cod. deest. <sup>89)</sup> humor, in cod. ut fere ubique etiam hic. <sup>90)</sup> susum. <sup>91)</sup> hoc. <sup>92)</sup> Cod.: officu. <sup>93)</sup> esto. <sup>94)</sup> fretu. <sup>95)</sup> Haec in cod. sic scripta: ecule s unde. <sup>96)</sup> libero. <sup>97)</sup> anteton. <sup>98)</sup> ordea.

Vs. 211. *Usque sub extremum brumae.* Brumae a breviore meatu <sup>10</sup>) solis dicta bruma finitur VIII. Kalend. Ianuar. Non ad <sup>11</sup>) brumae finem dicit esse serendum, id est non usque ad ipsam diem, quamvis alter scripsit Varro. — *Intractabilis*, durae. —

Vs. 212. *Et cereale papaver*, quod inter frumenta sit, vel verius, quod eo Ceres curam levaverit lugens filiam suam somno impleta. IUNILIUS dicit. — *Segetem*, semen.

Vs. 213. *Tegere*, seminare. — *Et iamdudum*, pro quam primum.

Vs. 214. *Dum sicca tellure licet*, i. e. antequam pluviae imminent <sup>12</sup>). — *Dum nubila pendent*, dum serenitas est. Dicit, hoc tempore serendum, quando non pluit, sed imminent pluviae.

Vs. 215. *Vere fabis*; haec faba fit, fabis vere inusitata declinatio est, at COMMIANUS ait. *Medica*, quam Xerxes <sup>13</sup>) pugnans ad Medos rapuit, vel translatio est. In Graeciam naturaenque huius herbae respicit; uno enim anno seritur frequenter [et] procreatur. — *Satio*, semen. *Medica*, herbae species.

Vs. 216. *Milio*, milium nigrum est, quod ad pabulum bovum seritur. — *Venit annua cura*, mediceas ostendit non esse curam.

Vs. 217. *Candidus*, non enim a capite sed dorso oritur, id est in medio sui apparere incipit, non a fronte, vel quod Aprili mense sol in taurō est. — *Auratis*, aura plenis, id est roroleantis <sup>14</sup>), vernum tempus significat. *Aperit*, bene aperit, quia Aprilis aperiendo dicitur.

Vs. 218. *Adverso astro*, quidam male accipiunt, sirium ardorem <sup>15</sup>) illum, sition morbosque <sup>16</sup>) ferentes mortalibus aegris; alii adverso astro ad ipsum canem referunt, sed ad solem, qui adversus intellegitur ex eo, quod contra mundum nititur, sed magis intellegere nos convenient adverso astro taurum dici, cum quo canis occidit, quia *Nigidius* ait, taurum adversum inter sidera locatum, quod posteriores eius partes, quae primi veris sunt, humidiiores habentur, priores autem, ideo quia aestate existant, sicciores. IUNILIUS dicit.

Vs. 219. *Robustaque farra*, plus enim virum habent, quam legumina, et tempore, quo Atlantides occidunt, sunt serenda. —

Vs. 221. *Eoae*, orientes; *eoe abscondantur* id est matutino occasum faciunt, nam cum sol in Scorpione est XV. Kalend. Mai. vergilius <sup>17</sup>) occidunt. IUNILIUS dicit. *Atlantides* id est Pleiades <sup>18</sup>), hoc est vergilius, et sunt sex, quarum nomina Alcyone, Merope, Celaeno, Electra, Asterope, Taygete <sup>19</sup>). — *Atlantides aliquando septem*, aliquando sex videntur, in Novembri non videntur a nobis, absconduntur <sup>20</sup>) in Novembri.

Vs. 222. *Gnosia*, cretica. — *Coronae*, corona XII signis proxima corona, quia liber pater Ariadna filiam Iovis, uxorem suam cum corona in caelo dedicavit, quam coronam Vulcanus abstulit ad uxoris insigne et inter sidera collocavit <sup>21</sup>). IUNILIUS et GAUDENTIUS dicit.

Vs. 224. *Invitae terrae*. Terra enim quando aratur, quasi vulnera quedam patitur.

Vs. 225. *Maiae* id est Atlantidum, quia de illis una est Maia, una de vergiliis, sed per unam omnes intellegimus, tropus synecdoche. —

Vs. 226. *Arenis*, avenis, calamis.

Vs. 227. *Vitemque phaselum*, plurimum, abundantem <sup>22</sup>). Omne enim quod abundat, vi dicitur; siliqua <sup>23</sup>) genus leguminis, quod nos phaselum dicimus.

Vs. 228. *Pelusiace*, Alexandrinae, non pretiosae, de oppido Pelusio in Aegypto, ubi lentis magna est [copia] <sup>24</sup>). Moris est poëtis epitheta rebus dicere aut a loco, ubi nascuntur, aut ubi optimae sunt, aut ubi plurimae. Lentis autem ut uiti cula quidam, lens ut dens. — Pelusium Graece dictum a luto vel humore aquae et hoc oppidum apud Alexandriam Nilo irrigatum Pelusiaco, vel unum de septem ostiis <sup>25</sup>) Nili. *Aspernabere*, aspernaberis.

<sup>10</sup>) metata. <sup>11</sup>) Cod.: finit. VIII. K. iān. n. ad <sup>12</sup>) Cod.: imminent. <sup>13</sup>) Xerxes. <sup>14</sup>) Sic in cod. Fortasse pulverulentis scribere voluit. <sup>15</sup>) odorem cf. Aeneid. X, 275. <sup>16</sup>) morboq;. <sup>17</sup>) Cod.: est. XV. K. mai. vergilius. <sup>18</sup>) pliades. <sup>19</sup>) caugere. <sup>20</sup>) abscondantur. <sup>21</sup>) Haec in cod. valde corrupta. Vide Servii Burmanni cod. G. <sup>22</sup>) habundanter. <sup>23</sup>) sillquia. <sup>24</sup>) In cod. copia deest. <sup>25</sup>) hostiliis.

Vs. 229. *Cadens*, verno tempore occidens. *Bootes* caeleste sidus, cuius occasus tarde videtur, decidit enim cum quatuor taurō, geminis, cancero, leone, quare hic prīnam partem occasus eius, id est cum taurō intelligi oportet, ut vere legumina seri indicentur non aestate. *JUNILIUS* dicit.

Vs. 230. *Ad medias*. Omnia complexus est tempora, vernum; quo legumen seritur, autumnum, quo frumenta, et multi volunt hanc partem astrologice librasse<sup>16)</sup> Vergilium. — *Pruinas*, pruina eos matutino tempore congelatus.

Vs. 231. *Idcirco* i. e. ut serve sidera per duodenā propter annum divisum in quatuor tempora, XII signa, XII menses. — *Dimensum*, ordinatum.

Vs. 232. *Mundi sol*, aut mundi astra et caeli menses et sidera serva astra menses.

Vs. 233. *Zonae*, translative, nam proprie zoneae in terra, sed pro parallelis eas posuit<sup>17)</sup>, id est circulis.

Vs. 235. *Extremae* zoneae, septentrionalis et australis. *JUNILIUS* dicit.

Vs. 237. *Duae*, solstitialis et australis. *JUNILIUS* dicit.

Vs. 238. *Via secta*, zodiacus circulus, quem nos signiferum dicimus. *JUNILIUS* dicit.

Vs. 239. *Ordo*, circulus.

Vs. 240. *Mundus* pro caelo, nam mundi nomine quatuor elementa continentur, ignis, aer, aqua, terra; iam definitio est nostri climatis, id est habitationis, quae a septentrione incipiens in australē desinit plagam<sup>18)</sup>. *ARATUS* et *JUNILIUS* dicit. — *Ad Scythian* dicit, cuius montes sunt Rhipeai<sup>19)</sup>.

Vs. 242. *Hic*, vertex, septentrionis, in hac parte in septentrione arctos astrologi nullam picturam designant. — *Nobis semper sublimis*, haec pars mundi semper a nobis videtur. — *Illum* i. e. mundum.

Vs. 243. *Sub pedibus Styx*, id est axem notion, id est australem, qui nunquam<sup>20)</sup> nobis videtur, sicut Boreus<sup>21)</sup>. — *Styx*, quasi de inferis.

Vs. 245. *Circum pergue duas*, circum enim et per ultramque labitur, maiorem cauda tangens alvoque complectens minorem in morem fluminis. — *Duas arctos*, *arctos oceanus metuentes*, hae duae pellices lunonis fuisse dicuntur, quas postquam Iuppiter in sidera rotulit, Iuno rogavit Tethin, susum nutricem uxoremque Oceanū, ne unquam pateretur occidere, inde nunc metuentes dicit. *GAUDENTIUS* dicit.

Vs. 247. *Ilic ut perhibent* et reliqua. Hic variae philosophorum opiniones. Alii dicunt, a nobis abscedentes solem ire ad antipodas, alii negant et volunt illic tenebras esse perpetuas. *Obtenta*, longa. — *Intempesta*, non apta vel profunda; medium noctis tempus ideo intempestum, quia nulli rei tempestivum est, id est aptum aut maturum, et *obtenta* iuxta Epicurum<sup>22)</sup>, dubitat de ea causa, quae nobis ortum, illis occasum.

Vs. 249. *Aurora*, sol.

Vs. 252. *Hinc*, ex ratione astralogiae etiam conclusio, nam hoc dicit, non sine causa inueniunt siderum ortus et occasus, hinc universa nascentur. *GAUDENTIUS* dicit.

Vs. 254. *Infidum*, periculosum. *Inpellere*, navigare. — *Marmar*, sequor, mare.

Vs. 255. *Armatae*, aeratas<sup>23)</sup>.

Vs. 256. *Tempestivam*, opportunam, *evertore*, incidi. — *Tempestivam silvis evertere pinum*, i. e. quo tempore incipi debeat.

Vs. 257. *Signorum*, siderum.

Vs. 258. *Parem*, verno, aestivo, autumno, hiberno. — *Diversis*, quid tam diversis, quam aetas et hiems<sup>24)</sup>.

Vs. 259. *Continet*, prohibet.

Vs. 260. *Multa forent* et reliqua. Ordo est: multa maturare datur, quae forent in

16) liberasse. 17) parallelo es posuit. 18) plaga. 19) riphei. 20) Cod.: axē otio id ē australēq; nūquām. 21) Excidit: a nobis semper videtur. 22) epicorum. 23) Ilaco: a recentiore mox in codice sunt adscripta. 24) hiēps.

**serenitate** celeriter properanda, nam male quidam *forent* esse pro [futuro tempore]<sup>25)</sup> semper volant, ut sit sensus: multa sunt properanda, quae maturare datur.

Vs. 261. *Maturare* id est celeriter facere. Hoc verbum duas habet significaciones. Dicitur enim maturare tarde, hoc est sensim aliquid facere, et dicitur pro velociter; hic ergo **duo sensus possunt accipi, ut de velocitate ait maturare fugam. IUNILIUS** dicit. — **Procudit,** fundendo dicitur extenuat<sup>26)</sup>.

Vs. 262. *Lintres* duas significations habet; sive naves significat, sive vasa concava, in quibus premuntur uvae. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 263. *Aut*, deest facit; *pecori signum*, characteres, quibus pecora signantur. — **Aut numeros impressit aceris**, tesseras, quibus frumentorum numerus signatur.

Vs. 264. *Exacunt alii rallos*, ut *acuto robore rallos* in secundo libro.

Vs. 265. *Amerina*, urbs Italicae in Vestinis est, circa quam vimina multa nascuntur, quibus vites ligantur. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 266. *Facilis*, flexibilis; *fiscina*, in qua caseum premitur. — *Rubea*, Rubi oppidum in Apulia hoc genere viminiis abundans<sup>27)</sup>. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 267. *Nunc torrete* et reliqua. Quibusdam videtur hic hysteron proteron esse, sed non est, quoniam Vestae sacrificium XV. Kalend. Mai.<sup>28)</sup> celebratur, quo tempore nec dum maturae segetes inveniuntur, et prius torrentur id est siccantur, inde moluntur. — *Torreata*, praeparare panem, frangite, molite.

Vs. 269. *Fas ad homines, iura ad deos*. — *Rivos deducere*, siccare, nam irrigare inducere dicitur.

Vs. 270. *Relligio*, divina humanaque, nam ad religionem pertinent, fas ad homines, iura ad deos, quae fas divinum, ius humanum. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 271. *Insidias avibus moliri*, non de auctoriationibus loquitur, sed iubet a satis prohiberi, ut nihil improbus anser. — *Vepres*, masculini generis.

Vs. 272. *Balantum*, syncope pro balantium; *mersare*, mundare, mergere. — *Fluvio salubri*, nam dicit in tertio libro scabie temptari nisi laventur<sup>29)</sup>.

Vs. 274. *Tardi, onusti, aselli, asini*. — *Agitator*, verborator, ab agendo dictus.

Vs. 275. *Incussum*, inconpositum molem significat. **IUNILIUS** dicit. *Aut atrae massam picis urbe reportat*, quia pix in agris nascitur, et in urbe retractata in agrum a plerisque reportatur. — *Incussum*, reparatum, refectionem, perforatum. **GAUDENTIUS**.

Vs. 276. *Ipsa dies* et reliqua. Ordo est: ipsa luna alios dies alio ordine dedit felices, sed alios aliis rebus aptos. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 277. *Felices operum*, ad sumenda opera. *Pallidus*, quia pallidos facit. — *Quintam*, dicitur hic numerus Minervae esse consecratus, quam sterilem esse constat<sup>31)</sup>, unde sterilia omnia quinta luna esse nota dicuntur. **GAUDENTIUS** dicit. *Orcus*, infernum, quidam cum aspiratione legunt. —

Vs. 278. *Eumenides*, steriles vel propria dearum [nomina]<sup>32)</sup>. *Eumenides, κατ' εὐεμηνούς* Eumenides vocantur. — *Satae*, filiae; *nefando*, sacrilego.

Vs. 279. *Coeum poēta [et] Iapetum* pro gigantes. *Sævum*, saevus multa significat, sed hic crudelis, aliquando fortis, ubi saevus iacet *Hector*, aliquando potentem, ut *saeva memorem Iunonis ob iram*. **IUNILIUS** dicit. — *Typhoea*<sup>33)</sup>, a loco gigas.

Vs. 286. *Et coniuratos fratres*, Aloides dicit Othon et Ephialtem gigantes.

Vs. 281. *Conati pro difficultate*. *Pelio Ossam*, montes Thessaliae.

Vs. 282. *Ossae*, monti; *involvere*, ut magnitudinem exprimeret dixit. ut totasque *advolvere* *fores ulmos*, — *Olympum*, mons.

Vs. 283. *Pater*, Iuppiter.

25) Haec verba in eod. deest. 26) eundendo dicitur exterrat. 27) habundans. 28) XV. K. Mai. 29) labuntur. 30) Cod.: proliba. 31) Constant. 32) Hoc voc. in cod. deest. 33) Typhaea.

Vs. 284. *Septima post decimam felix*, felix quidem septima est, sed felicior decima. **GAUDENTIUS** dicit. — *Septima post decimam id est XVII*, aut *septima sola*, aut *post decimam sequens septima*, ut sit *felix fugae, navigationi*<sup>34)</sup>, *furtis, bellis*. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 285. *Licia*, pluraliter, ut in bucolicis *licia circum*.

Vs. 287. *Multa adeo et reliqua*. Diligens divisio temporum; primo enim quattuor partes anni exsequutus est, deinde dies lunares, modo horas, in quas et dies noxque dividuntur. **IUNILIUS** dicit. — *Adeo*, valde. *Nocte* nomen est; Horatius enim iunxit praepositionem, ut *de nocte latrones*; noctu autem adverbium est, ut *Salustius diu noctuque laborare*.

Vs. 288. *Eous*, oriens. — *Eous*, stella Veneris; alii *Iunonis*, alii *Caelei* et *Aurorae filium* tradunt, qui cum Venere pulchritudine contendit, sed magis Veneris stellă est.

Vs. 291. *Quidam pro aliquis*; quidam enim persona est certa.

Vs. 292. *Inspicat*, acuit, finit, incidit ad species aristarum.

Vs. 293. *Solata*, bene solata, ut in bucolicis: *cantantes licet usque minus via laedit eamus*. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 294. *Arguto*, resonanti.

Vs. 295. *Aut dulcis*; hic versus longior est una syllaba, sed sine vitio. **IUNILIUS** dicit. — *Vulcano*, igni; *decoquit humorem* id est uvam passam facit.

Vs. 296. *Trepidus*, exultantis, ferventis, bullientis.

Vs. 297. *Ceres*, hic metonymice Ceres pro frumento ponitur, hic tamen ingratiorē eam reddit, quod subiungit *succiditur*. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 298. *Tostas*, exustas.

Vs. 299. *Nudus ara*, iuxta Hesiodum, adeo sereno caelo, ut amictum contempnere possis; *hiems*<sup>35)</sup>, frigitur. — *Sere*, imperativus modus. *Ignata colono*, ignavos facit colonos.

Vs. 300. *Parto*, paratu.

Vs. 301. *Mutua convicia*, ut Lucretius mutua inter se mortalia incurrunt. —

Vs. 302. *Genialis hiems*— eo quod in hieme homines ingenio suo utuntur; geniales homines ab antiquis appellati sunt, quod ad invitandum et largius parandum cibum et quae consequuntur promptiores essent. **IUNILIUS** dicit. — *Genialis*, voluptuosa, convivalis. *Curasque resolvit*, nam X Kalend. Februarias<sup>36)</sup> frugum lustrum faciunt.

Vs. 303. *Pressae onustae*; *ceu pressae et reliqua*, ut solet sensum similitudine clau- sit<sup>37)</sup>. **IUNILIUS** dicit.

Vs. 304. *Coronas*, funes.

Vs. 305. *Quernas*, ex queru colore; *stringere*, decutere. — *Quernas*, mons Mace- doniae et derivativum a queru, tamen usu magis quam<sup>38)</sup> ratione, ut colornum a corylo.

Vs. 306. *Cruentaque myrtæ* i. e. 'de sanguine Adonis, vel quod succum<sup>39)</sup> crux similem habeant, 'vel quod bellii tempore in hastilia<sup>40)</sup> fiunt.

Vs. 307. *Pedicas*, laqueos, quibus pedes inlaqueantur.

Vs. 308. *Auritos aures grandes habentes*; *sequi* ab equis. — *Figere*, venari.

Vs. 309. *Baleariz*, Baleares insulae Hispani maris, vicinae inter se, ubi primum dicitur funde militaris usus inventus esse.

Vs. 310. *Cum nix, xaxēgatov*. *Nix alta*, nive onusta.

Vs. 311. *Quid tempestates autumni*, verno et autumnali [tempore] tempestates fiunt, quia nec plena<sup>41)</sup> aestas nec hiems; inde in hoc confini tempestates efficiuntur. — *Sidera*, frigore.

34) navigatione. 35) Fere semper in cod.: *hiems* scribitur. 36) X. K. Febr. 37) Clusit  
38) usum quā. 39) succum. 40) in astilia. 41) Tempore deest in cod. 42) plana.

Vs. 313. *Vigilanda* id est vigilanter et mature facienda. *IUNIUS* dicit. *Ruit*, prae-capitatur vel intermisit. — *Imbrisferum ver*, utrum perpetuum veris est epitheton, an si forte imbrisferum fuerit.

Vs. 314. *Spicea* de maturis frugibus abusive dicimus, nam proprie spicetus est cum [per] folliculum id est extremum tumorem aristae [eminent]<sup>43)</sup>. *GAUDENTIUS* dicit. — *In-horrut*, densata est.

Vs. 315. *Lactentia*, adhuc tenuia et lactis plena. Varro in libro divinarum dicit, deum esse lactantem, qui se infundit segregibus et eas facit lactescere. — *Stipula*, stipulam pro culmo posuit, scilicet versu tertio culmum dicturus. *Lactentia*, lactans qui lac praebet<sup>44)</sup>, lactens cui praeberetur. *Turgent*, implentur.

Vs. 317. *Stringeret*, destringeret<sup>45)</sup> et meteret, ut ubi *densas agricolae stringunt frondes*.

Vs. 318. *Omnia* pro omnium.

Vs. 320. *Sublimem* pro sublime. — *Turbine nigro*, tempestate noxia.

Vs. 321. *Ferret*, auferret<sup>46)</sup>, agitet; *hiems*, hiemem pro tempestate posuit. — *Cul-mum*, stipula, stipulas, folia.

Vs. 322. *Aquarum*, pluviarum.

Vs. 323. *Ei foedam*, passim de ea foeda.

Vs. 324. *Ex alto*, a septentrione, ex aquilone qui altus et facit tempestates gravissimas, quia auster humilius. *GAUDENTIUS* dicit. — *Ruit arduus aether*, cum impetu venti et tonitrui venit.

Vs. 326. *Diluit*, diligit, dissolvit. — *Et cava flumina crescent*, ad alveum retulit fluviorum.

Vs. 327. *Fretis spirantibus*, reciproco spiritui.

Vs. 328. *Ipse pater*, iuppiter, pater non addidit quorum. — *Media nimborum*, ne temporis esse fulmina credemus et non subitarum tempestatum. *In nocte* pro tenebris vel tempestate posuit. *Corusca*, correpte ut ultima.

Vs. 329. *Fulmina*, unum fulmen est, quod colorat, aliud quod incendit, aliud quod transfigit, aliud [quod adflat<sup>47)</sup>] ex quo me dicun<sup>48)</sup> pater atque hominum rex<sup>49)</sup> adfaverat<sup>50)</sup>. — *Molitur*, bene molitur, ut videatur terrere; *maxima*, tota.

Vs. 330. *Terra tremit*, quatitur, movetur. — *Fugere ferae*, passim disperguntur.

Vs. 331. *Per gentes humiles*, humiles facit. — *Humilis pavor*, quod humiles facit.

Vs. 332. *Athon*, Potest affectus ordo videri crescente numero syllabarum per aucta montium<sup>51)</sup> nomina, quod genus et apud Homerum industrie factum inventur, cum idem versus ab una syllaba incipit [et] usque ad quinque decurrit. *IUNIUS* dicit. — *Aut Athon aut Rhodopen*, montes Thraciae duo; *Ceraunia* mons Epiri iuxta Amaticam.

Vs. 333. *Deicit*, ferit, percutit, resonat. — *Ingeminant austri*, post enim ful[mina] ventus<sup>52)</sup> et pluvia in montibus fiunt.

Vs. 334. *Plangunt*, percuntiuntur.

Vs. 335. *Caeli menses*, duodecim signa, quibus menses agnoscuntur. *Sidera*, planetas. — *Caeli menses*, quasi caeli motus et cursus. *IUNIUS* dicit. *Serva*, custodi, tene, intellege. —

Vs. 336. *Frigida*, nociva et contraria. *Frigida*, satis cognitum est, Saturni stellam frigidam esse et ideo apud Iudeos Saturni die frigidos cibos esse. *Quo stella Mercurii<sup>53)</sup>*. — *Frigida*, frigidam dicunt, quod sit glacialis, pestilis, grandinosa, atrox, permotabilis.

Vs. 337. *Quos ignis<sup>54)</sup>* et reliqua pars Mercurii, pars Apollinis. — *Cyllenius*, Mercurius, quia in Cyleno monte Arcadiae natus esse Mercurius dicitur. *GAUDENTIUS* dicit.

<sup>43)</sup> Vocab. in parenthesis posita desunt in codice. <sup>44)</sup> lacte prernpet. <sup>45)</sup> distingeret. <sup>46)</sup> au-feret. <sup>47)</sup> Desunt in cod. <sup>48)</sup> medium pater. <sup>49)</sup> erum. <sup>50)</sup> per aut. io monciū. <sup>51)</sup> enīm fuluentus. <sup>52)</sup> stellam mercurii. <sup>53)</sup> quo signis.

Vs. 338. *Venerare*, mero et thure sacrificare. — *Annuas*, anniversaria. *Magnae*, bene ut mutual religionem agricolis.

Vs. 339. *Refer*, reddes. *Operatus*, dans operam conviviis, cum cuncta opera compleveris sed ipsius anni.

Vs. 340. *Sub casu*, decursu vel fine. — *Sub casu*, pro occasu, ut *sudentque candentia sidera somnos*, pro occidentia.

Vs. 341. *Mollissima vina*, dulcia, iucunda, asperitate carentia et vetustate sed ipsius anni. *IUNIUS* dicit.

Vs. 342. *Densae*, subcrecentibus frondibus densantur umbrae.

Vs. 343. *Tibi*, tibi in honorem, in tuam gratiam.

Vs. 344. *Dilue*, offer, desolve. — *Baccho*, vino.

Vs. 345. *Ter*, deus numero inpari<sup>54)</sup> gaudet. — *Felix*, secunda, quasi sua sponte inmolaretur. *IUNIUS* dicit.

Vs. 346. *Chorus*, chorus est proprie coaevorum cantus, ut alibi chorus ille senum, hic multitudi.

Vs. 347. *Nec ante*, ordo est, antequam det.

Vs. 349. *Cereri*, habens in memoria victimum priorem, quum homines glandibus vescebantur. — *Redimitus*, coronatus.

Vs. 350. *Motus*, saltationem<sup>55)</sup> aptam religioni, nec ex ulla arte venientem. *GUDENTIUS* dicit. — *Incompositos* synlipsis, quia inconposita etiam ipsa carmina intelleguntur. *Carmina*, hymns.

Vs. 351. *Discere*<sup>56)</sup>, haeret caeli menses et sidera serva.

Vs. 352. *Aestus* pro serenitatis posuit.

Vs. 353. *Menstrua*, unde et μῆνη dicitur.

Vs. 354. *Caderent*, flare desinerent.

Vs. 355. *Propius stabulis* est longe a stabulis.

Vs. 356. *Surgentibus*, flare incipientibus.

Vs. 357. *Aridus*, quia secca et arida queaque ligna facile franguntur; *aridum* pro sonanti ponitur.

Vs. 359. *Misceri pro turbari*.

Vs. 360. *Male temperat*, pro non temperat vel non abstinet, non sibi pareit, id est unda furiosa.

Vs. 361. *Celeres*, celeriter. — *Revolant*, festinant.

Vs. 362. *Marinae*, ad discretionem fluvialium.

Vs. 363. *Fulicae*, quas vulgo fulliculos dicunt.

Vs. 364. *Ardea*, quasi ardua avis, quam vulgo *nosarapam*<sup>57)</sup> vocant dicta ab eo quod cum vocem emittit oculi eius ardescunt; alii putant dictam<sup>58)</sup>, quod ardua crura habeat, id est alta, vel quod ardue id est alte volat.

Vs. 365. *Inpendente*, imminente.

Vs. 366. *Praecipites*, utrum pro celeritate, an potius, quia sic a nobis videntur. —

Vs. 367. *Flammarum* et reliqua. Stellarum purgamenta cadentia ventum denuntiant. Fit enim hoc ex abundantia fluctuosa, quae dicitur densitas aëris, unde venti veniunt,

Vs. 369. *Concludere*, conmovere, ut *ludere pendentes*. — *Plumas*, quascunque plu-

mas, nisi forte *papos* significat, id est cardui florem plumaeum, Aratus ait.

Vs. 371. *Tonat*, ubique pluit.

Vs. 373. *Legit*, colligit; *inprudentibus* pro nescientibus posuit, id est nonquam ne-

scientibus; *offuit* totis praecedentibus signis, vel verius valde prudentibus.

Vs. 374. *Illum surgentem aërem*. *Vallibus imis*, grues valles petunt.

54) inpara. 55) salutacionem. 56) Discendere. 57) quam vulgo nosarapam vocant.  
58) dicto.

Vs. 375. *Aëriae*, Lucretius ait aëriae primum volucres, quod alte volent. — *Fugere propter hiemis signum.*

Vs. 376. *Patulis*, patulis, apertis; *captarit*, suscepit.

Vs. 377. *Arguta*, stridula, personans. — *Lacus circumvolvit hirundo*, aestatis signum.

Vs. 378. *Veterem*, solitam; et *veterem in limo ranae*, Modestus ait Lycios pastores, qui Latonae sienti<sup>50</sup>) aquan denegassent in ranas conversos, et Ovidius ait, Ceres quum Proserpinam quereret ad fontem venisse, et reliqua. — Alii dicunt ranas per abundantiam aquae<sup>51</sup>) extra paludes pelli et serpentibus cibos esse aut aliquoquin interire. GAUDENTIUS dicit. Ranas namque dicunt ad tempestatis adventum querelam<sup>52</sup>) excipere. Querela est vox muta, ut ompe querelis<sup>53</sup>) inpleri nemus. IUNILIUS dicit.

Vs. 379. *Extulit ova*. Ubi frigidus est aer, terra spissescit, et si qua habet calor semina, intrinsecus cogit, ex quo accidit, ut hieme aqua puteana calidior sit, ergo inminente pluvia frigidior aere humus inferior vaporatur, qua propter mirum non est, si formicæ, quæ sub terra vivunt, ex repentina calore pluviam<sup>54</sup>) praesentientes ova proferant. — *Extulit, sursum<sup>55</sup>) tuli.*

Vs. 380. *Et bibit*, vulgare proverbium esl. *Bibit ingens* i. e. duplex.

Vs. 381. *Arcus*. Iris enim ex Oceano bibit, i. e. pluvias repetit. — *Agmine magno*, translative multitudinem, de corvorum multitudine dixit.

Vs. 382. *Asia*, palus; *circum*, adverbium<sup>56</sup>). — *Asia prata vocantur circa Caystrum* fluvium, qui est in Lydia. IUNILIUS dicit.

Vs. 383. *Ordo* est: circum Asia prata dulcia in stagnis Caystri rimantur, iucunda translatione usus est; proprie rimari sues dicuntur. IUNILIUS dicit. — *Rimantur*, querunt, vel altius pascuntur, ut alibi: *rimanturque epulis*, *Caystri*, deest videas. *Caystri*, fluvii.

Vs. 385. *Certatim largos humoris infundere rores*, deest videas, hic praesagantis est non imperantis.

Vs. 386. *Nunc caput<sup>57</sup>) et reliqua*. Sicut homines laetitiam suam verbis ostendunt, ita aves corporis gesticulatione exprimunt.

Vs. 387. *In cassum*, frustra enim humor pennarum densa levitate suspenditur, ut minime corpus pertingunt. — *Gestire, velle.*

Vs. 388. *Tum cornix* et reliqua. Notandum cornicem solam praedicere pluviam, corvus vero plures vocat denuntiat. — *Plena*, rauca eius naturam; *inproba*, ut improbus anser.

Vs. 389. *Et sola*, tum enim dat signum, cum sola est. — Posuit aves praediscere futura, quæ in aere vivunt.

Vs. 390. *Nec nocturna quidem* et reliqua. Ne puellæ ignoraverunt pluviam futuram nocturna pensa recarpentes, cum viderint scintillare oleum timore pluviarum.

Vs. 391. *Testa*, lucernam pro vilitate noluit nominare, nec lychnum, ut dependent lychni<sup>58</sup>).

Vs. 392. *Eungos globos*. Plinius dicit, quum frigus aëris esse coepit, [favilla quæ cum fumo solet egredi,]<sup>59</sup>) prohibita aëris crassitudine in lucerna residet et quasdam velut fungorum imitatur imagines.

Vs. 393. *Nec minus ex imbre soles*, signum serenitatis. — *Serena*, serenum a se rando<sup>60</sup>) id est aperiendo dicitur, id est reserando.

Vs. 394. *Prospicere*, quia sicut cognoscitur caelo tempestuoso<sup>61</sup>) serenitatem futuram, ita et sereno tempes.

Vs. 395. *Obtunsa*. Perseveravit in translatione; nam cum dixisset aciem, non obtunsa addidit. IUNILIUS dicit.

<sup>50</sup>) latanæ sienti. <sup>60</sup>) habundantiæ que. <sup>61</sup>) querellam — querellia. <sup>62</sup>) pluvia. <sup>51</sup>) susum, ut semper. <sup>64</sup>) adumbrium. <sup>65</sup>) Nuncapud. <sup>66</sup>) voluit — licinum ut dependentes lichini. <sup>67</sup>) In parenthesis posita ex Servio bausi. In cod. desunt. <sup>68</sup>) serenū da serando. <sup>69</sup>) tempestivo.

Vs. 396. *Fratis, Solis*; ergo non absurde hic videtur duo tempora dixisse, nocturnum et diurnum. *IUNILIUS* dicit. — *Obnoxia*, quia ab illo accipit lumen, vel pro eo quod noceat id est eclipsim dicit. *IUNILIUS* dicit.

Vs. 397. *Tenuia*, nebulae dicuntur, quae imminente tempestate ob nimiam levitatem vento in aere iactantur; vel aranearum texturas dicit, quae <sup>70</sup>) imminente tempestate per aera rumpantur. *IUNILIUS* dicit.

Vs. 398. *Pennas* <sup>71</sup>) in littore pandunt.

Vs. 399. *Alcyones*, aves marinae. — *Alcyones*, Alconesci et Luciferi filius habuit uxorem Alcyonenem, a qua cum prohibitus esset [et ivisset] <sup>72</sup>) ad consulendum <sup>73</sup>) Apollinem de statu regni sui, naufragio periret; cuius corpus cum ad uxorem delatum fuisset, illa praecepitavit se in pelagum, quos Tethis ambos in aves convertit, marinaeque Alcyones vocantur. — *Solutos*, qui solvuntur, vel soluto ore i. e. nimium patenti. — Alter: Alcyon cum sororem suam incestaret <sup>74</sup>) et eam gladio perimere vellet, et tunc Tethis miserata eos aves marinas fecit. Alcyones omnibus nymphis dilectae sunt, nam novem diebus, quibus fetus in mari faciunt nulla aura <sup>75</sup>), nullusque ventus consurgit, vel septem ut alius sit, tertio die pullamina excluduntur, quarto foventur, quinto plumis vestiuntur, sexto alis emoventur, sepius volutui ostenduntur. Quod in *glosomatibus* <sup>76</sup>) inveni.

Vs. 400. *Inmundi*, nimis <sup>77</sup>) sordidi, quia luto gaudent. *Iactare*, deferre, proicere. — *Manipulos*, quicquid manus includit manipulus <sup>78</sup>) dicitur.

Vs. 401. *Ima petunt*, deprimitur ad valles.

Vs. 403. *Noctua*, avis lucis profuga, si canat post solis occasum pluviam significat. *Probus* ait; si in tectis vel in arboribus canat sero, serenitatem significat. Noctua postquam cum patre concubuit, facinus agnoscens abdidit se in silvis et lucem refugit, ubi deorum voluntate in ave conversa est, quae pro tanto facinore omnibus avibus est admirationi.

Vs. 404. *Nisus* hic avis. Da sonitu Scylla avis. — Nisus Megarenium Siculorum rex, a Minoe, Cretensium rege, propter Androgei, filii sui, obitum, quem Athenienses et Megarenses dolo circumventum occidissent graviter oppugnabatur; sed Scylla, filia Nisi, amavit Minoem, patris scilicet hostem <sup>79</sup>) et patri dormienti <sup>80</sup>) crinem fatalem purpureumque abscidit, ut Minoi, hostium regi, cuius amore flagrabat, daret, quoque abscisso pater periret. . . Scylla a Minoe rege non recepta, hoc genus victoriae exsecuratus, eam in mare deiecit, et in ave, quae ciris dicitur latine vero tonsylla, conversa est; item pater eius Nisus in alitem <sup>81</sup>) conversus est, qui parricidii exsequens poenas cirim hostili mente persecutur.

Vs. 408. *Insequitur*, ut in bucolicis: *saeruus amor docuit natorum sanguine matrem*. — *Nisus*, avis.

Vs. 409. *Raptim*, velociter.

Vs. 410. *Liquidas*, apertas, puras. — *Liquidas voces*, pueros cantus. In hoc versu ipsarum avium sonum vocis exprimit.

Vs. 411. *Cubilibas altis*, in alto factis.

Vs. 412. *Praeter solitum*, plus quam soliti sunt.

Vs. 413. *Strepitant*, saepe strepunt. — *Iurat*, iucundum; *actis*, discussis, transactis, abactis.

Vs. 414. *Dulces nidos μετωρυψικῶς*; dulces nidos dicit eos, in quibus pulli sunt dulces. —

Vs. 415. *Haud equidem credo*. Proponit sibi quaestionem acerrimam, nam querit, cur homines, quos constat esse prudentiores animalibus, per se non sentiant qualitatem aeris futuri. — *Haud equidem credo*, quare cum hoc in sexto dixerit, *inde hominum pecudumque genus vitaque volantium*; Anchises enim apud inferos loquitur, hic vero vivus poeta hoc dicit.

<sup>70</sup>) iactanter uelarenciarum texturas dicitq;. <sup>71</sup>) pinnes. <sup>72</sup>) Desunt in cod. <sup>73</sup>) consulendum. <sup>74</sup>) sorori suae incestatur. <sup>75</sup>) aurora. <sup>76</sup>) glosomatibus. <sup>77</sup>) niminis. <sup>78</sup>) manipulos. <sup>79</sup>) ostem. <sup>80</sup>) dormientem. <sup>81</sup>) alienum.

Vs. 416. *Ingenium*, ingenium concessum. — *Prudentia maior*, i. e. nobis nam si hoc esset, et lucerna testa sapientior hominibus videretur, quia et ipsa habet significacionem suam.

Vs. 417. *Iuppiter*, imber.

Vs. 420. *Species animarum*, animorum formae. *Motus*, sic enim aer est mobilis<sup>81)</sup>, quemadmodum animus hominis.

Vs. 422. *Concentus*, con et cantus, id est symphonia.

Vs. 423. *Et laetae*, aeris serenitate gaudentes. — *Ovantes*, laetantes.

Vs. 424. *Solem ad rapidum*, velocem, vehementem; ali⁹ rapidum dicunt, quod humorem, de quo pascitur, rapiat. *Lunas, noctes*. — *Sequentes*, a prima, secunda, tertia vel quarta sese sequentes, vel luna solis circulos sequitur, licet ipse inferior est.

Vs. 425. *Nunquam te crastina fallet hora*, quia fida sunt signa, quae sole et luna colliguntur.

Vs. 426. Hyperbole est, qui non hora nos decipit. *Capiere*, decipiēre<sup>82)</sup>. *Capiere*, capieris. — *Noctis*, lunae.

Vs. 427. *Revertentis ignis*, quia postea dicturus est de sole, vel certe cum luna nova renascitur, tunc enim originem indet tollere, quam<sup>83)</sup> decrescendo perdidera.

Vs. 428. *Nigrum*, nigrum aera, non nigrum cornu. *Aratus* ait, si cornu aquilonium sit erectius<sup>84)</sup> aquilonem imminere et per eum serenum fieri. — *Si nigrum et reliqua*. Si non habuerat luna cornua et intra eam nigrum aera videris, erit ubique pluvia et aëi. *stas*. *Nigridus* de ventis IIII ait, si summum corniculum maculas nigras habuerit, [in primis]<sup>85)</sup> mensis partibus imbræ fore, si in imo cornu, serenitatem debemus scire.

Vs. 430. *At si virginem*, quia virgo est luna.

Vs. 431. *Ventus erit*. Ventum semper denuntiat luna rubens; ventus venit ex aeris densitate et vento luna rubescit; nota quod concitatio<sup>86)</sup> crassitudinis ventum facit. — *Phoebe* autem lunam dicit, ut solem Phoebum, ut postea *Phoebea lustrabat lampade terras*. Phoebe venit ab eo, quod est Phoebus. Scendum, in nominibus propriis duo tantum genera fieri, ut Phoebus, Phoebe, Tullius, Tullia.

Vs. 433. *Pura*, deest est<sup>87)</sup>.

Vs. 435. *Exactum ad mensem*, usque ad peractum mensem.

